


De 985



3535







3333

DE
PRONOMINIBUS ARABICIS

DISSERTATIO ETYMOLOGICA.

SCRIPSIT

CAROLUS ENEBERG.

I.



HELSINGFORSIAE,
TYPIS FRENCKELLIANIS,
1872.



DE
PRONOMINIBUS ARABICIS

DISSERTATIO ETYMOLOGICA

CAROLUS FRIEDRICH



UNIVERSITÄT HALLE

VERLAG VON C. F. W. FISCHER



VIRO
CLARISSIMO ET DOCTISSIMO
VILHELMO LAGO,
PRAECEPTORI SUO

HUNC LIBELLUM
GRATISSIMI ANIMI TESTEM
ESSE VOLUIT

AUCTOR.



CLAUSIMMO ET DOCTISSIMO
VILHELMO RAGO
ERRORIBUS
HOC LIBRUM
GRATISSIMO ANNO TESTAT
ESSE VOLUIT



I.

Pronomina quamquam in grammatica præcipuam constituunt orationis partem, non tantam tamen cum ceteris verborum generibus habent dissimilitudinem, ut a communibus linguæ legibus abhorreere censeantur. Contra, ut vel in dialectis semiticis jampridem comprobatum est¹, eorum neque naturam, nec originem, nec conformationem scite investigare poterit, nisi qui in eo elaborarit, ut quæ etymologia de universa linguæ condicione et quasi in exoriendo proprietatibus doceat, perspectum habeat. Adhibeatur igitur necesse est comparativum, quod dicitur, studium, ne forte in pronominum primordiis indagandis talia fingamus, quæ cum indole linguæ prorsus non sint consentanea.

Ipsa vero illa de vocum primordiis quæstio gravissima multum hodieque habet dubitationis atque difficultatis. Fac enim rem in indogermanicis per se linguis confectam esse (id quod nostro tempore jure magis magisque ambigitur), sunt tamen aliæ linguæ, quarum cognitio quo magis procedit, eo verisimilius fit, incunabula quoque vel principia, quæ habentur, vocum indogermanicarum ad simpliciorum formam redigi posse. Veluti, ut hoc tantum moneam, hæ linguæ ad similitudinem cum semiticarum tum turanicarum sæpissime tam prope accedunt, ut fere cognationis quodam vinculo inter se contineri videantur. Etenim similitudinem linguarum externam, dummodo accuratius eam perpenda-

¹) Vd. Hupfeld, System der semitischen Demonstrativbildung (Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes, 2 Band p. 124 sqq.).

mus, communem quoque earum originem communemque fontem haud raro indicare, quis est qui neget? Ideo nec in linguis indogermanicis nec in aliis immutabiles putare licet radices, quæ ultimos tanquam natales vocabulorum necessario significant. Radices vocum, quæ recte habeantur, progressibus scientiæ obnoxia sunt. Quod quum ita sit, cognitio tamen earum magnam habet vim eoque majorem, quo magis perspicue ipsa vocabula ex iis emanaverunt. Inde momenti haud mediocris in linguis indogermanicis videntur radices huc usque notæ, quippe quæ, quamvis non prorsus fixæ, veræ tamen, ut jure suspicamur, voces sint, a quibus quæ nunc sunt vocabula sensim et paullatim ortum ceperint. In quo gravissimum est, quod etymologica ars, quum jamjam fundamentum, quo nitatur, sibi struxerit, ne in minimis quidem rebus, nisi sponte sua vel incuriâ id faciat, præter modum vagari potest.

Longe vero aliter in linguis semiticis res se habet. Hic sane nec erutæ sunt radices singulæ, quæ ratæ censeantur, nec quas viri doctissimi omnino radices vocabulorum judicent facile intelligitur. Illam quæstionem hoc loco missam faciens, de notione tantum radices quid statuendum videatur, paucis exponam. Etsi enim minime nescius sum, linguarum comparandi doctrinam hanc sibi præscripsisse legem summam, nihil ut pro certo sumatur universim, nisi quod singulis rebus inquirendis et conferendis confirmetur, tamen ex altera parte res singulas eis, quæ omnino aut cognita sunt aut possunt jam cognosci, parere necesse est. Describam igitur ipsius radices per se naturam et indolem, quantum res adhuc notæ et perspectæ sinent. Qua in re, ut mea quidem fert opinio, non omnia, quæ jam possunt exponi, exposita sunt. Putaverim enim, linguas semiticas tam diu jam cognitatas virosque doctissimos singulis earum

rebus tam diligentem navasse operam, ut distinctius quam vulgo fit radicis definiri possit natura. Unde, ut spero, totus ille de pronomine locus uberiorem accipiet lucem certioreque explanationem.

III. Ewaldus, velut alii quoque, radices, quas appellamus, vocabulo "Urwörter" reddit¹. Idem tamen quo modo voces istæ primitivæ intelligendæ sint non satis dilucide explicavit, præsertim quum minus justo, ut equidem crediderim, vocalium earum spectarit et demonstrarit conditionem. Namque de radicibus demonstrativis (Deutewurzeln), quas vocat, disputans, eas vocalismo certo et quidem *a-vocali* vult instructas. Deinde vero in radicibus verborum nominumque (Begriffswurzeln) describendis "— versteht sich", inquit, "dass die reine Wurzel als solche überhaupt nicht mehr ohne die Bildung irgend eines weitem Unterschiedes aussprechbar ist. Nach der jetzigen Ausbildung der Sprache ist die Wurzel nur ein gelehrtes Gedankending"². Cum Ewaldo cl. Dillmannus congruit, quamvis aliis usus verbis³. Cur autem ejusmodi inter radices demonstrativas et prædicativas vel potius enuntiativas factum sit discrimen, ut illæ debeant, hæ non item, vocalibus certis efferi, haud facile dixeris. Quamquam enim pronomina, ut voces formales⁴, a verbis nominibusque, ut materialibus orationis partibus, sunt diversæ, in hac tamen discrepantia nulla posita est causa probabilis, cur quam aliæ radices poscant, aliæ fugiant vocalismi legem. Huc accedit, quod

¹) Ausführliches Lehrbuch der hebräischen Sprache, 8te Ausg. § 101.

²) lib. cit. § 107, e.

³) Grammatik der äthiopischen Sprache, pp. 99 sq. 94.

⁴) Vide autem Steinthalianum, De pronomine relativo, p. 10 sqq.

ipse Ewaldus postea radices (stirpes) debiles tractans doctrinam a se propositam deserit (de quo infra). Reapse, si veram ducimus, quam ille de enuntiativis protulit sententiam, eadem quoque in demonstrativis adhibenda est, et contra. Radix igitur in universum considerata utrum vocali fuerit ornata, nec ne, quaeritur. Quam quidem quaestionem Ewaldus, Heyseus multique alii scriptores jam satis dilucidarunt, quod radices habent voces easque primitivas¹. Vocibus enim vocales unquam defuisse, vix aut ne vix quidem concedi potest. Accedit, quod indogermanicæ, quas solas adhuc habemus cognitatas, radices, quia vocalibus sunt instructæ, nos quasi impellunt, ut vocales semiticis quoque tribuamus. Quae si cui displiceant propterea quod vocales semiticæ antiquitus scribendo ne denotarentur quidem suae natura ita essent inconstantes, ut stirpes semiticas percurrentes vix ullam inveniamus, cujus omnibus propaginibus una eademque vocalis maneat, illum sane fugit, vocales tantam in formas grammaticas exercuisse vim, ut nequeamus ad harum notitiam certam nisi ope illarum pervenire. Adumbrationem igitur Ewaldi aliorumque sequentes, primum, ut brevissime poterimus, antiquissimum enucleare conabimur vocalismum semiticum, deinde etiam pauca de stirpium consonis addemus, unde quodam modo qualis sit radix semitica emergat.

Tres in his linguis, sicut in indogermanicis, primitivæ habentur vocales, quæ sunt *a*, *i*, *u*. Ewaldus de harum mutua ratione: "has inter vocales", inquit, "tres primitivas hoc summum observatur discrimen, quod *i* et *u* tum

¹) Radices vocales habuisse revera etiam Ewaldi est sententia (vide l. c. § 106 b), quamquam radices enuntiativas vocalismo certo carentes posuit. — Cfr. Curtius, Zur Chronologie der indogermanischen Sprachforschung pp. 17 sqq.



ipsâ sonorum naturâ tum pronunciatione Arabum peculiari sibi sunt vicissim viciniore, ita ut *a* vocalis altior fortiorque utrique sit opposita. Cui accedit aliud, quod *i* et *u* eadem ratione ab *a* distinguit. Ea enim est vocalium *i* et *u* natura, ut invitante pronunciationis facilitate facillime in semivocales suas *j* et *v*, hæque contra in vocales suas *i* et *u* possint resolvi. At *a* non habet cui respondeat semivocalem¹. Idem in grammatica sua hebraica hanc rem ita exposuit, ut *a* sonum proximum, frequentissimum parisimumque dicat, cui *i* et *u* opposita sint; hæc adjiciens: "Die wesentlichsten dieser Gegensätze müssen von jeher in jeder menschlichen Sprache gewesen sein; und es lässt sich mit nichts beweisen, dass es je eine menschliche Sprache gab, welche als Vocal bloss *a* gehabt hätte etc."². Quæ distinctio, quamvis ingeniosa sit, non posita tamen est nisi in cogitatione sola, qua nil certi in studiis grammaticis etymologicisque effici potest. Disquirendum est igitur paullo accuratius, quæ primitus fuerit harum vocalium ratio in linguis semiticis, praesertimque in arabica, utpote simplicissimo vocalismo ornata. Facile vero intelligitur, verba nominaque sola esse vocabula, quae hoc loco respicienda nobis sint.

Forma verbi, quæ simplicitate ad radicem proxime accedit, tertia est persona sing. perfecti stirpis I:æ³, quæ forma in lingua arabica tripliciter effertur: qatala, qatila, qatula. Primam harum specierum etiam primitivam esse, non tantum arabici, sed nostri etiam grammatici probave-

¹) Gramm. critica linguæ arabicæ, I p. 39 sq. — Idem fere ill. Schleicher de primitivis linguarum indogermanicarum vocalibus (Compend. p. 9 sq.).

²) Ausf. Lehrb. § 29 a, b.

³) De infinitivo vide infra.

runt¹. Nec vero id conjectura tantummodo fingi, sed re verum esse, exempla, quorum in philologia comparativa vis maxima semper est, demonstrant. E quibus afferam nonnulla, quæ mihi in mentem veniunt. Sic *calama* est *signavit* (æth. *calama* id., arab. *calaba facta impressione aut scalpendo signavit*²), *calima scivit, gnarus fuit* (quod scilicet qui signum alicui rei discriminis causa impressit eamque sic notavit ejusdem etiam gnarus fit); *sahara*³ *splenduit, luxit*, *sahira* et *sahura pulcher fuit*⁴ (syr. *saḥar splenduit*, hebr. *hišhîr illustravit*); *važaca posuit*⁵, *deposuit*⁶, *depressit, humiliavit, važica jacturam fecit*⁷, *važuca contentus et vilis evasit*⁸ (hebr. *hižîac stravit, substravit*); *harama prohibuit*⁹, *harima* et *haruma illicitum est*¹⁰ (hebr. *hāram clausit, prohibuit*, æth. *harama prohibuit a communi usu, sacravit*); *hasama*¹¹ *colligavit, constrinxit*, *hasima arctato pectore fuit*¹², *hasuma firmo animo et con-*

1) Cfr. Ewald, Gram. arab. p. 85; De Sacy, Gramm. arabe, 2:e ed. I, p. 128; Lagus, Arab. Gr. pp. 40, 41.

2) Cfr. *calbun* Thar. Musal. v. 27.

3) Vita Timūi, ed. Manger II, 548; Hamâsâ, ed. Freytag p. 720.

4) Cfr. *sahratun* Qur. 20, 131. — Vide Cam. Turc. *تقول أعجبني زهرة لونه أبيض وحسنه*

5) Arabum Proverbia, ed. Freytag I, p. 92.

6) Qur. 4, 103.

7) Cfr. *važîcatun* Prov. II, 843; *važaca min* (De Sacy, Chrest. II, 40 arab.).

8) Cfr. *važîcun* V. Tim. II, 422.

9) V. Tim. II, 434.

10) Cfr. *وَالْحَيْدِ وَالْحَرَمِ* Ham. 710.

11) Vit. Tim. II, 762.

12) Vide Cam. Turc. III, p. 427.

*stans fuit*¹ (syr. li^esimâ *accinctus, præcinctus*); *dabara pone fuit*², *secutus fuit*, e. g. gregem, *post alicujus mortem dictum ejus retulit*, *dabira ulceratum fuit dorsum jumentii* (hebr. dābār *verbum*, dōber *pascuum*, aram. d^ebar *duxit*, æth. dab^er^e *mons*, i. e. tergum montis = arab. dubruⁿ *postica pars, tergum*)³. Hanc tamen singularem verborum

1) Cfr. Ham. 33; Beidh. Comment in Qur. Sur. 26, 56.

2) Cfr. Qur. 74, 23; Prov. I, 40; Imr. Mu'al. v. 60 Schol.

3) Huc etiam referri possunt quae sequuntur vocabula: da^eaka *fri-*
cuit (cfr. Vit. Tim. II, 258), da^eika *amens fuit* (hebr. dā^eek, aram.
 d^eek *extinctus est*, proprie fortasse *detersit, exstinxit, verwischen, auslöschen*,
 cfr. autem Gesenii Thes. p. 347); rabaka *commiscuit*, rabika *difficile*
et intricatum fuit (hebr. rabak id.); rafa^ea (Qur. 49, 2; 13, 2; 2, 60)
elevavit, sustulit, rafu^ea alta et magna voce præditus fuit; rahaza *multum*
pressit, rahiza *interioris pedis nova affectus fuit*; rataga (vid. Ham. 522
 Schol.) *clausit, ratiga linguam impeditam habuit*; ragâ *speravit, timuit* (Vit.
 Tim. I, 132) *ragija tacuit* (cfr. syr. rag *concupivit, obstupuit*); sa^eama
perculit terrore, sa^eima magno terrore percussus fuit (cfr. syr. sām *timuit,*
strepuit); agama *arsit, ferbuit* (cAl. Isp. p. 35), agima (Ham. 600 Schol.
 774) *tepidâ, alterata fuit aqua* (hebr. agām *stagnum*, syr. egmâ id.);
 amaga *vehementiore gressu incessit*, amiga *sitivit*; araba *constrinxit,*
 ariba *indigentia laboravit, necesse habuit* (cfr. ma^erabatun, ma^eruba-
 tun Prov. II, 690; Qur. 20, 19. Hebr. arab *nequit*, syr. arbânâ
 juncus); asaba *miscuit, implicavit, etiam vituperavit* (Cfr. Ham. 624
 Schol. (اشبت الشى اذا عبتة واصل الاشب الخلط), asiba *impli-*
cata fuit arbor (cfr. l. c.); batara (V. T. II, 36) *resecuit, abrupit, cauda*
mutilavit aliquem, batira cauda caruit; ballara (Cfr. Hill. Mu'al. v. 8
 Schol.; Boldir. Chr. p. 105) *vaporem emisit, ballira* (cfr. Prov. II, 398)
foetuit; ba^eata (Ham. 6 Schol.; Kul^t Mu'al. v. 39 Schol.) *excitavit* (e
 somno), ba^eita *excitatus fuit, vigilavit*; balata *secuit, separavit, balita*
resectus ac separatus fuit; tabara *fregit, tabira interiit, periit* (arab. ta-
 bara, hebr. šabar, syr. tebar, æth. sabara *fregit*); tabata *constitit,*
stabilis fuit (Qur. 8, 47; Prov. I, 270), tabuta *firma mente et pru-*
dentia fuit (hebr. šabat *quievit*, aram. šebat id.); țarâ *multus ac nume-*
rosus evasit (Prov. I, 268), țarija *multis opibus polluit* (Cfr. Ham. 64),

arabiorum rationem, qua factum est, ut *a* secundæ radicalis, quæ vulgo appellatur, primariam, *i* et *u* contra magis minusve variatam, interdum quoque eandem ac *a* habeant vim, penitius perspicere tum demum poterimus, quando lexicographia etiamnunc manca plenior nobis suppeditarit cognitionem primitivæ vocabulorum significationis. Neque aliter lingua æthiopica comparata est. Hic enim verbis secundæ vocalis *e* (quæ eadem est ac arab. *i* et *u*) notio me-

contentus fuit; ga·ara mugivit, clamavit (Qur. 16, 55; 23, 66), *ga·ira præfocatus fuit gutture* (cfr. hebr. *gā·ar increpuit, objurgavit*, syr. *gē·ar id.*, æth. *ga·ara clamavit*); *ga·afa prostravit* (cfr. *ga·afa, ga·aba, terrore affecit, ga·ifa terrore correptus fuit; gaḏama amputavit, truncavit* (Ham. 284 Schol.; cfr. *Ant. Musal. v. 19*), *gaḏima manum truncatam habuit* (hebr. *gāṣām locustæ species, a depascendo dicta, æth. gaṣama cecidit, excidit*); *garaḥa vulneravit* (Imr. Musal. v. 13 Schol.; Bold. Chr. p. 113; cfr. *qaraḥa, Harîr. ed. De Saey, p. 8 Schol.*), *gariḥa vulnus accepit; garada avulsit, detraxit* (Vit. T. II, 376), *garida nudus fuit* (hebr. *hitgārēd scalpsit se, aram. gerad erasit, scalpsit*); *gaṣa·a sumsit partem, distribuit in partes, contentus fuit* (de camelo = *اكتفت بالرطب عن الماء* Lab. Musal. v. 28 Schol. Hebr. *gāṣāh lapidem cecidit, tribuit*, syr. *gaṣī amputavit, totondit, orbavit*); *hariṣa circumspectus fuit, haruṣa firmus munitusque fuit; haraqa fricuit* (Ham. 116 Schol.), *limavit, ussit* (Qur. 20, 97), *hariqa ustus fuit* (hebr. *hāraq frenduit dentibus, syr. hāreq id.*); *hazada messuit, contorsit* (cfr. *Thar. Musal. v. 38*), *hazida contortus fuit* (Ham. 249 Schol. Syr. *hezad messuit, chald. hazad id.*); *hazara* (Qur. 9, 5) *circumdedit, obsedit, in augustiam redegit, hazira angusto pectore præditus fuit* (*حَصْرَتِ صُدُورَهُمْ*) Qur. 4, 92. Hebr. *hāzēr area, syr. hēzārâ septum, reticulum jecoris, ch. hazrâ id.*, æth. *hazara circumvallavit*); *hara·a fidit* (= *تَنَّقَّ* Har. p. 5. Schol.), *hari·a fractus, debilis fuit, haru·a flacca membra habuit* (syr. *·ethāra·c astutus, vafer factus fuit*); *hafaza depressit, humilem reddidit* (Qur. 15, 88), *hafuza tranquilla et comoda fuit vita* (cfr. Imr. Musal. 38 Schol.; Ham. pp. 137, 141. Hebr. *hāpēz flexit, propitius fuit*).

dialis semper subjecta est¹. Idem fere, secundum Ewaldum², in ejusdemmodi verbis linguæ hebraicæ valet. Eodem redeunt denique quæ de linguis syriaca Merxius³ atque chaldaica Fürstius⁴ docuerunt, et Fürstius quidem: "Was das Formelle betrifft", inquit, "sieht man, dass der Stammvocal *a* ursprünglich und durchgreifend sei und *e* und *o* sich erst aus jenem herausgebildet haben". Quod si quis multa verba semitica, quæ secundo loco *a* vocalem non amplius habent, numquam eadem fuisse denotata contendere velit, nae is itidem affirmare debet media et dependentia linguarum græcæ et latinæ activa semper caruisse forma. Præterea, ut est notissimum, verba haud pauca, quæ in aliis dialectis illo *a* carent, eo in aliis prædita sunt. Quorum e numero hæc tantum afferam: arab. *ʿamila*, hebr. *ʿāmal*, syr. *ʿemal*, ch. *ʿamal*; arab. *ʿamuqa*, hebr. *ʿāmaq*, syr. *ʿemaq*, ch. *ʿamaq*, æth. *ʿamaqa*; arab. *ʿalima*, syr. *ʿelam*; arab. *baʿisa*, ch. *bʿēs*, æth. *beʿsa* (pro *baʿesa*), hebr. *bāʿas*; arab. *balīla* (Kazim.), *balīlula* (Freyt.), hebr. *bālīal*; arab. *ʿaṭima*, hebr. *ʿāšam* et *ʿāšēm* (cfr. æth. *lišama*); arab. *balīca*, æth. *balēca*, hebr. *bālac*, aram. *bēlac*; arab. *tabīca*, æth. *tabēca*, aram. *tēbac*; arab. *garība*, syr. *gērab*; arab. *ʿalifa*, hebr. *ʿālap*, syr. *ʿelap*; arab. *dabīqa*, aram. *dēbeq*, hebr. *dābaq* et *dābēq* (cfr. æth. *tabaqa*); arab. *davīja*, aram. *dēvā* et *dēvī*, æth. *davaja*; arab. *vagīca*, hebr. *jāgac*; arab. *rahība*, æth. *reḥba* (pro *rahēba*), hebr. *rāliab*; arab. *ṣabīca*, hebr. *sābac* et *sābēac*, syr. *sēbac*; arab. *ʿasiqa*, hebr. *ʿāšaq*;

1) Dillmann, Aeth. Gram. p. 116 sq.

2) Ausf. Lehrb. § 129.

3) Gram. syr. p. 212 sq.

4) Chald. Gramm. p. 98.

arab. laziqa, æth. lazaqa; arab. rahima, syr. r^eliem, æth. (transpositis litteris) mahara et mehra, hebr. rāliam; arab. rakiba, chald. r^ekab et r^ekîb, syr. r^ekab et r^ekeb, hebr. rākab, æth. rakaba etc. Quæ quum ita sint, vocalem *a* in principali verbi forma nativam fuisse, optimo jure nobis concludere videmur.

Jam vero vocales typi qatala ceterorumque, quos nondum commemoravimus, vel, quod idem valet, illum ipsum cum his comparabimus. E quibus tamen, quatenus ad verba pertineant, non posse nisi q^etal (aram.) et qātal (hebr.) hoc loco respici, facile videbit, qui has res diligentius perpendit; nam reliqui aut forma aut significatione posterior quam qatala ortos aperte se præbent. Neque ex typis nominalibus trium consonarum alii atque qataluⁿ et qatluⁿ, vel potius, quia uⁿ, ut sciunt omnes, nominis conformandi causa additum est, qatal et qatl huc faciunt. Nullus enim invenitur istorum nominum typus antiquior vixque ullus ætate par.

Quod ad vocales pertinet, earum certe copiâ lingue semitice, ut jam docuit Ewaldus¹, non tam indogermanicis quam africanis comparandæ sunt. Atque adeo, ut idem alio loco affirmat, hæc ipsa ubertas illarum veram constituit naturam². Hinc nostro jure concludimus, ne radices quidem ab hac proprietate posse abhorre. In eandem sententiam disputat Lagus, lingue arabice indolem ita describens: "Hvarje bokstaf fordrar sin motion — detta är thesis. Häraf den jemna fördelningen mellan konsonanter och vokaler, häraf förkärleken för öppna stafvelser

1) Ausführl. Lehrb. § 4, d.

2) l. c. § 23. Cfr. etiam § 108, ba), ubi "den ursprünglichen Vocalreichthum des Semitischen" laudat.

med alla dess konsekvenser" ¹. Possunt vero, ut mihi quidem videtur, linguae semiticae, arabica, hebraica, aramaica, et cum fennica nostra et cum ehstonica aliisque ejusdem stirpis hoc respectu aptissime conferri. Sicut enim linguae fenno-ungaricae omnino vocalibus affluunt, eas vero ehstonica jam abjecit, ubi fennica adhuc conservat, ita easdem in semiticis arabica sæpissime retinet, septentrionales linguae respuunt. Pertinet huc quam maxime iudicium Heysei, qui de hac re ita disserit: "Je complicitier die Silbe wird, d. i. je mehr Consonanten ein einziger Vocal trägt, desto jünger ist sie" ². Quod si, ut par est, concedimus, dandum quoque est, prononciationem Arabum qatala antiquiorem esse quam Aramæorum q^etal. Idem vero qatala antiquiorem præ se ferre formam quam hebr. qātal omnes fere linguarum semiticarum periti jam diu statuerunt ³.

His breviter expositis, adumbrandae nobis sunt nominum arabicorum formae qatal et qatl. Quarum utraque, quamquam et nomen actionis et nomen verum indicat, eadem tamen ratione utrobique exorta cogitari debet, praesertim quum, ut dicit Desacyus ⁴, ista duo nominum genera vix sensu quidem discerni possint, quippe quae promiscue frequentissime usurpentur. Atqui forma qatal significationem antiquiorem nullo pacto quam qatala prae se

¹) Semitisk språkhistorie, p. 37.

²) System der Sprachwissenschaft, p. 194. Cfr. Curtius, l. c. p. 5.

³) Cfr. Böttcher, Ausführl. Lehrb. der hebr. Sprache, § 590; Lagus, Sem. Språkhist. p. 36; Olshausen, Hebr. Gramm. p. 472, atque etiam Heyse l. c. et Steinthal, Charakteristik der hauptsächlichen Typen des Sprachbaues, p. 243.

⁴) Gramm. Arabe I, p. 281.

fert. E contrario qatal, ut nomen actionis verbi intransitivi, serius ortum est. Posterius enim hujus typi *a*, ut *a* imperfecti jaqtalu, sine dubio *i* vocali perfecti qatila oppositum est. De ceteris autem vocibus typi qatal (e. g. ʿasad, faras) sintne propter significationem antiquiores quam qatala, disquirere haud operae pretium est. Alia vero hic sine dubio majoris typi qatal antiquitatis causa cogitari potest. Nam si ultimum illud *a*, quo desinit qatala, verbale est additamentum, sane qatal commune et nominis qatalu^a et verbi qatala principium esse potest. Illud vero *a* pro quadam verbi accessione habere semper, quantum scio, parum processit. Exitus personae vocalis *a* non esse conceditur¹. Sunt vero, quibus idem sonus ad tempus (perfectum?) exprimendum adhibitus videatur. Verum enimvero varietas temporum in linguis semiticis ita fit, ut praefixa affixis, vocales vocalibus opponantur, nec in verbis, ut formae eorum indicant, perfectum poni nisi opposito imperfecto potest. Forma qatala sine jaqtulu existere quidem potest, neque tamen ut pirum perfectum². Ceterum vocalis secundae radicalis tempus verbi proprie constituit, tertiae contra modorum potius efficit discrimen. Alius generis additamentum verbale num quis illud *a* duxerit nescio, nec ullam talis opinionis causam invenire possum.

Quae quum ita sint, vocalis *a* nullam aliam habet vim nisi ut meram, quam semiticarum linguarum indoles poscat, consonantis motionem efficiat. Praesentia igitur

1) Ewald, Gr. arab. p. 127; Dillmann, Aeth. Gr. p. 162; Schleicher, Compend. p. 504.

2) De hisce in grammatica rebus gravissimis cfr. Ewald, Ausf. Lehrb. § 134.



hujus *a* necessaria est, absentia autem accidens, eaque de causa ipsum qatala antiquius quam qatal ac ideo quoque, quemadmodum sine longa expositione facile elucet, quam qatl, quod rationi linguarum semiticarum minus etiam convenit. Ex his igitur efficitur, qatala prius procreatum esse quam omnes reliquos cum verbi tum nominis trium consonarum typos¹.

Ewaldus condicionem radices enuntiativae eam esse docet, ut tribus constet sonis firmis. In hoc praesertim consonantes, vocali necessaria praeditas, refert, quarum tamen sedes etiam a vocali longa posse occupari addit². Radices eo modo efficiunt qâm, šahû, farî³, quin etiam mad, quod quamquam duobus tantum sonis firmis effertur, trium tamen vim (madd) habere dicitur⁴. Hac doctrina Ewaldus utrum linguas indogermanicas an semiticas magis observaverit, difficile est dictu. Africanas enim, quarum multas ait plurisyllabas habere radices eaque de causa semiticis esse propinquas, cum non spectasse verisimile est. Attamen ne indogermanicae quidem linguae ejusmodi permittunt radices: "Die echte Wurzel", ait Heyseus⁵, "kann keinen langen Vocal oder Diphthong enthalten." Longa harum linguarum vocalis augendo aut contrahendo semper est orta, quare si in eis radicem vocabuli cujusdam quaerimus, vocalem auctam ad simplicem reducas oportet⁶. Nec vero ejus modi radices cum natura linguarum semiti-

1) Cfr. Bickell, Grundriss der hebr. Gram. § 63.

2) Ausf. Lehrb. §§ 23, 106 b. Dillmann, Aeth. Gr. p. 100.

3) l. c. § 115.

4) l. c. § 112, a.

5) l. c. p. 130. Idem fere Curtius, l. c. p. 21.

6) Schleicher, Compend. pp. 15, 287.

carum congruunt. Docet enim Ewaldus ipse¹, linguam arabicam hebraicae antiquitate in eo anteire, quod brevem in syllaba aperta tenere possit vocalem. Et tamen, ut supra ostendi, syllabam, non dico apertam, sed clausam etiam longa indutam vocali radicem posse efficere autumat. Asserit praeterea, sicut vidimus, vocales *a*, *i*, *u* primitivas esse, ex his autem *a* cum maxime. Vereor igitur, ne videatur secum pugnare, quum jam vocalem vocum primitivarum non modo non *a*, sed ne *i* quidem aut *u* constituerit. Licet etiam mirari, quo modo factum sit, ut hae nec aliae radices enuntiativae vocalibus efferantur. Et sane hanc rationem, qua soni *v* et *j* in verbis debilibus, quae vocantur, ab *û* et *î* (in initio vocum ab *u* et *i*) orti sint, et apud Gesenium et apud Desacyum, viros illustrissimos, frustra quaerimus. Ewaldi tamen de hac re sententiam haud pauci secuti sunt. In quo haud scio an linguarum principium ultimamque perfectionem confuderint. Veluti linguae arabica atque aethiopica et hebraica *j* consonam vocali sequente in initio vocum olim habebant, ubi posteriores *i* posuerunt. Attamen Ewaldus antiquissimum putat *i*, cui *j* substitutum sit². Ita quoque infinitivi formam *rûm* a radice *rûm* permutationibus sonorum ductam opinatur. Etenim *û* radicale cum vocalibus stirpium coalescere quodammodo vel, si mavis, ad eas accommodari affirmat³, quod in hoc vocabulo ita, nisi fallor, fieri putat, ut radix *rûm* in *rûom*, deinde in *ruom* vel *rvom*,

1) l. c. § 23.

2) Cfr. etiam Dillmann, l. c. p. 104.

3) »Wurzeln, in deren Mitte ein blosser langer Vocal *û* schwebt, der nun mit der Vocalaussprache der Stämme zusammenstossen und sich irgendwie vertragen muss» l. c. § 113 a.

tum denique in infinitivi formam rûm fuerit mutata¹. Iste vero vocalis *û* in *u* aut *v* transitus valde videtur improbabilis. Nam *û* duo *u* conjuncta (*u + u*) æquat, simplex vero *u* idem valet ac *v*. Itaque etiam radix, quam Ewaldus dicit, qûm, si secundum typum qatala mutata qaûama fit, regulis soni servatis non in qavama, sed in qauvama i. e. qaṽama transformari debet. Neque unquam *û* et *î* vocales in consonantes *v* et *j* abeunt, nisi in fine vocum, sicut in arab. ramajû = ramav i. e. ramau vel in hebr. sûsaihû = sûsâv, appareant. In extremis autem vocibus illa mutatio naturæ sonorum plane convenit, siquidem *v* duplex, in quod *û* proprie solvendum est, vim soni geminati hic amittit. At longe alia soni *û* in qaûama est ratio, quippe qui vocalibus utrinque adjacentibus plenitudinem suam expromat. Nec vero Ewaldi de ejusmodi radicibus sententia inde confirmatur, quod formæ nonnullæ, quibus *û* et *î* vocales insunt, primitivos, qui jure habentur, recipiunt sonos *v* et *j* vocalibus instructos, veluti hudân cum suff. primæ pers. sing. conjunctum non hudâî, sed hudâja pronuntiatur. Huc etiam exempla pertinent, quæ Dillmannus² ad sonorum *û* et *î* in *v* et *j* mutationem demonstrandam attulit. Neque enim mârî *sacerdos ethicus* in statu constructo formam mâr^eja obtinet, nisi quia mâr^ej^e (arab. fâ'iluⁿ) proprie sonat, unde solitam sequens viam in statu constructo oritur mar^eja, quod cave, ne ad mârî referas fontem. Nec vero telvanî *sequere me*, quod eodem modo ac negranî formatum est, a secundario t^elû, sed a primitivo telv^e (telva) deductum putes. Formæ j^ebaljâ, j^ebaljû, t^ebaljî, j^efê^mvâ, j^efê^mvû, cett. certam se-

¹) l. c. § 42, b.

²) Aeth. Gramm. p. 65.

quantur regulam sicut j^e nagrâ, j^e nagrî, cett. nec. a j^e -balî, t^e balî, cett., quæ contractæ sunt primitivorum j^e -bal j^e etc. formæ, proficiscuntur. Ex eo autem, quod vocales i et j in fine vocum in v et j permutari solent, demonstrari forsitan liceat, stirpes e radicibus, quales sunt $\text{\textcircled{S}}$ aliû et $\text{\textcircled{F}}$ arî, in lingua hebræa formari posse; nam e $\text{\textcircled{S}}$ aliû secundum $\text{\textcircled{Q}}$ atal $\text{\textcircled{S}}$ âliâû procreatur, i. e. $\text{\textcircled{S}}$ âhavv, ex quo videas, num $\text{\textcircled{S}}$ âliâh prodeat ¹. In eadem vero forma linguarum arabicæ et æthiopicæ $\text{\textcircled{S}}$ aliû in $\text{\textcircled{S}}$ aliâûa, cui par est $\text{\textcircled{S}}$ aliâvâ, necessario mutatur. Quare, ut breviter complectar, illæ ab Ewaldo positæ radices, ut quæ nec indoli linguarum semiticarum respondeant nec principium omnino stirpium singularum possint efficere, plane, ut mea fert opinio, rejiciendæ sunt. Neque $\text{\textcircled{Q}}$ âma, $\text{\textcircled{F}}$ arâ, $\text{\textcircled{S}}$ aliâ et similia nobis videntur esse, nisi contractæ typi $\text{\textcircled{Q}}$ atala formæ, proprie $\text{\textcircled{Q}}$ avama, $\text{\textcircled{F}}$ araja, $\text{\textcircled{S}}$ aliava sonantes. Similiter etiam $\text{\textcircled{M}}$ âda, contractione e $\text{\textcircled{M}}$ adada formatum, in flexione se præbet verbum trium consonarum, cujus typus idem $\text{\textcircled{Q}}$ atala est.

Attamen vocalem hujus typi, qui ex eo, quod supra exposuimus, ceteras et verbi et nominis species trium consonantium antiquitate vincit, a purum e principio fuisse vix putaverimus. Quum enim lingua nulla possit cogitari, in qua vocalis a sola unquam viguerit, sola vero in typo illo antiquissimo apparere videatur, hanc repugnantiam ita solvimus, ut putemus in eadem mixtum quendam sonum latuisse, ex quo quum a purum tum ei opposita i et u emanarint, fuisse autem hos duos sonos quondam eodem fere modo conjunctos ut sunt etiam nunc in æthiopica lingua ².

1) Cfr. de hac permutatione infra.

2) Cfr. Lagus, Sem. Sprâkhistorie, pp. 9, 28.

Quæ supra de typo qatala explanavi, ne suspiceris in eam abire sententiam, ut in sermone semitico verbum quam nomen antiquius esse arbitrer. Nec vero hoc illi origine anteire existimo. Quæritur igitur, quænam vera habenda sit formæ qatala ratio. Erunt fortasse, quibus masculinum tertiæ personæ singularis perfecti repræsentare videatur. Mihi non item. Neque enim tempus quoddam (e. g. perfectum) absque tempore opposito (imperfecto), nec tertia persona sine reliquis, nec masculinum absque feminino, nec singularis absque plurali existere potest¹. Quocirca, typum illum non potuisse verbum finitum ex origine significare, crediderim. Sensum autem infinitivi tantominus exhibuisse verisimile est, quo certius est, hunc modum ad ea solum, quæ cogitatione amplectimur, nec vero ad ea, quæ vel oculis vel aliis sensibus percipimus, exprimenda aptum esse atque procreatum; quare secundariam necessario arguit originem². Nihil enim meditationi gentium unquam obversatur, quod non antea quapiam ratione sensui fuerit subjectum; quin etiam res, quæ quam maxime ab animadversione, quam dicimus, exteriori abductæ sunt, sensibus certe prius quodam modo percipiebantur in iis tanquam depictæ. Nomen autem concretum, quod appellatur, potest id quidem primo aspectu significatione primitivum putari deindeque verbum procreasse. Effinge vero tibi homines in loquendo nomina ista sola adhibentes, quid tum? Ad prædicandum videlicet aliquid dicta sunt. Voces autem, quæ externa demonstrant simulque aliquid de eis enuncient, vera nondum nomina sunt. Itaque qatala, antiquissimus iste vocum trium consonantium typus, nec

1) Cfr. Ewald, *Ausf. Lehrb.* p. 349.

2) Cfr. Heyse, *l. c.* p. 131 sq.

verbum nec nomen proprie esse poterat, sed utriusque, ut puto, tanquam mixtio vel stirps communis, unde ambo illa quasi rami singuli enascebantur¹. Idem significatio- nem cum verbi tum nominis, actionis atque agentis, unâ probabiliter continuit. Verum quaeritur, num stirps illa etiam ultimam, quæ indagari possit, efficiat formam vocabulorum vel radicem; id quod affirmari debet, si nihil in ea insit, quod separari possit². Dispiciendum igitur primum est, utrum tres, quibus effertur, consonantes primi- tivæ sint necne. Et tres quidem ad radicem pertinere in primis docet gravissimus linguae arab. existimator, De- saeyus³, ipsorum Arabum grammaticos secutus. In hanc vero ille non potuit non incidere sententiam, ut qui a stu- dio linguarum comparate tractandarum nimis sese abstinu- erit. Contra scriptores, commune singulorum semiticorum idiomatum vinculum magis spectantes, omnes fere magis minusve eo inclinarunt, ut radice duas tantum contineri consonas putaverint. Hanc rationem jam ill. Michaelis et Gesenius quodam modo amplectebantur⁴. Ac Ewaldus, etsi hanc praecipuam radicem semiticarum proprietatem ducat, ut tres saltem sonos firmos habeant, duas tamen earum consonas ab initio forsitan fuisse concedit. Idem vero⁵ radicem duarum consonantium nondum semiticam fuisse addit⁶. Quae qualis sit opinio alii viderint. Mihi sufficit ultimas, quas ad penetrare licet, origines vocum

1) Cfr. Ewald, l. c. § 107, e.

2) Schleicher, Compend. p. 287.

3) Gramm. Arabe, I, 123, 280 sq.

4) Cfr. Lehrgebäude der hebräischen Sprache, pp. 184, 861.

5) Sicut etiam Steinthalus, l. c. p. 243 sq.

6) Cfr. Ausf. Lehrb. p. 278; Gr. crit. p. 81 sq.; Götting. gelehrte Anz. 1871 pp. 1379 sq.; Sprachwissensch. Abhandl. II, p. 61.

semiticarum, pro radicibus earum habere. Illa vero sententia de duabus stirpium litteris constitutivis nostro jam tempore magis magisque praevalet¹. Tanta enim vocum, quae binas habent similes consonas, inventa est cognatio, ut dubitare vix possimus, quin vocabula semitica revera e radicibus duarum consonantium emanarint.

Attamen, quomodo quasve regulas secutae, tres stirpium consonae e duabus primitivis exstiterint, etiam nunc valde incertum est. Parum enim conatus, quos tanta cura in hac quaestione posuerunt Meierus alii², usque adhuc processerunt; quare ne ii quidem, qui binas esse vocum radicales censent, radices trium consonantium repudiant³. Neque hic sane locus est, ubi difficillimam stirpium e radicibus duarum consonantium originem endare coner; nonnulla tamen ad rem illustrandam afferenda puto.

Quoniam igitur quam saepissime, duabus praecipuis stirpis consonantibus inventis, unde tertia ortum ceperit, ambigitur, ea, quantum equidem judico, non potest nisi duplici ratione explicari:

1) Una est, secundum quam radix per se, nullo extrinsecus capto additamento, creverit, reduplicata vel potius iterata particula quadam radice. Velut repetitione sola sonorum e *iq̄tala* (*aq̄tala*) enata sunt *iq̄tala* i. e. *iq̄tala* (IX.) et, ut mihi quidem videtur, *iq̄tala*⁴, *iq̄-*

1) Cfr. Tegnér, De vocibus primae radice, w, p. 11.

2) Cfr. de his Rénan, Histoire des langues sémitiques, 2:e ed. p. 437 sqq.

3) Cfr. Olshausen, l. c. p. 14 sq; Merx, l. c. p. 144; Bickell, Grundriss, § 60 cett. Hic stirpes principales vocat radices secundarias. Quae appellatio, quum vis primitiva typi *qatala* radice quoque propria esse possit (cfr. Heyse, l. c. § 48), apta mihi videretur, nisi per eam notiones radice atque stirpis confunderentur.

4) Vocalis *a* iterata *aa* pronuntiatur, sed *o* et *v* facillime inter se mutantur.

tavala, ʔiqtaṽala (XIII), ʔiqtaʔalala¹, ʔiqtaṽalala, ʔiqtâla (XI), ʔiqtaʔatala, ʔiqtavatala, ʔiqtavtala (XII), eodem pacto, quo qatâla et qâtala (proprie, ut puto, qatatala, qavatala) e qatala orta sunt: ita quoque qatâ (i. e. qatata), qâtâ (i. e. qatata qavata), qatâ (i. e. qatata, qatava) e qata formata mihi videntur, nisi ubi litteræ debiles e firmioribus emollitione gignantur². Cfr. etiam qâtîlunⁿ (i. e. qatîlunⁿ, qavâtîlunⁿ), plur. fr. qavâtîl; fârisunⁿ (i. e. fatarisunⁿ, favarisunⁿ), dimin. fuvairisunⁿ; hâtamunⁿ (i. e. hatamunⁿ, havatamunⁿ), dimin. huvaitimunⁿ.

2) Altera ratio syllabam spectat stirpis non constitutivam, quæ eadem firma (vel emollita) nec iterata consonante est instructa. In quo vix aut ne vix quidem dubito, quin additamenta, quibus radix enuntiativa creverit, ipsa per se radices sint, æque haud raro demonstrativæ, sicut jam innuit Schleicher³. Quæ sententia inde quoque confirmatur, quod cum verbi tum nominis stirpes (derivatae) non tantum sonorum incremento, sed additamentis etiam pronominalibus finguntur.

Jam vero, si, ut mihi persuasi, qatala duas tantum habet radicales, quæ sunt *q* et *t*, quaeritur, quis ita oriatur radicis sonus. Quod si, ut antea exposuimus, tres manent vocales ubi tres maneant consonantes, certe detracta ex la

1) *va* e principio in *â* contrahi non poterat (vidi infr.).

2) Quo modo *vaqata* ortum sit, utrum transpositione e *qavata*, *qatava*, an prosthetico *ʔa*, *va*, an emollita firmiore littera, an demum aliis in locis aliter, accuratiori explicandum est pervestigationi. Cfr. Es. Tegnerii *De vocibus primæ radicalis w earumque declinatione*, Lundæ 1870, quod opus eruditum nondum ad finem est perductum.

3) Compend, pp. 286, 289. Ita etiam Curtius, l. c. p. 26 infra.

consonante vocalis evanescat necesse est; quo facto nil ulterius posse detrahi crediderim, etsi scio in linguis indo-germanicis radices formae qat usu esse receptas. Huc accedit, quod quum ultimi *a* typi qata nulla probabilis causa possit excogitari, nisi quod motionem effecerit radicalis, certe pro radice ipsa jure habenda est non qat, sed qata. Quamquam, ut hoc iterum moneam, illud *a*, priusquam ei *i* et *u* opponerentur, puro sono caruisse verisimile est.

II.

Quales lingua in radicibus atque stirpibus enuntiativis amavit sonos et syllabas, ad tales pronomina etiam revocanda sunt. Quod facile elucet ex linguis indogermanicis, quippe quæ nullum revera radicum diversarum fecerint formæ discrimen¹. Quousque vero in linguis semiticis hæc radicum genera inter se similia sint, infra pro viribus exponere conabimur, viam secuti, quam praeiverunt grammatici optimi, Ewaldus cett. Pronominum igitur primum consonas earumque permutationes, deinde vocales explicabimus, unde quæ eorum putanda sint incunabula apparebit.

Radicem, qua omnia pronomina semitica contineantur, Ewaldus *ta* esse censet. Ab ea primum *da*, deinde vero *sa*, *fa* aliasque similes, quibus littera sibilans est principium, derivat². Ex his tamen sonus littera *d* consignatus in pronomibus arabicis non reperitur, t̄ vero in adverbis arab. *tāma ibi*, *tūma postea*, quæ a pronomibus ducta sunt, apparet et *s* in decima verbi stirpe, quæ elementis demonstrativis stirpi principali appositis sine dubio est formata. Usitatissimi apud Arabes sunt *t* et *d*, ut in *tâ*, *dâ*, *tî*, *dî*, *tâka*, *dâka* cett. Istud vero *d* atque omnia omnino pronomina, quibus littera sibilans insit, quin a *t* secundum constantes sonorum leges ortum ceperint, quis est qui dubitet? Nihilo tamen minus argumenta eam rem com-

1) Schleicher, Compend. p. 287.

2) Ausf. Lehrb. § 103; cfr. Gr. ar. I, p. 328.

probantia haud facile inveniuntur. Nam si pronomina, quæ litteris sibilantibus constant, spectamus, tantum abest, ut semper videantur posterius nata quam quæ littera *t* efferuntur, ut interdum suspiceris fere ab his illa origine superari. Veluti in lingua arabica formis pronominum *dâ hic, tâ hæc, ʔaĪlādī qui. ʔaĪlatī quæ* reperitis, profecto sonum sibilantem quam mutum magis esse nativum facile putaveris. Nec desunt in ceteris orationis partibus exempla, quæ dubitationem afferant eandem. Quamquam enim in lingua aramaica, si sonum respicis, voces reperiuntur, quarum *t* (quod arabico *ṭ*, hebr. *š*, æth. *s* respondet) nativum esse censeas, eadem tamen significatione posteriorem indicare originem sæpe videntur. Neque num arabico *talamuⁿ* an *ṭalamuⁿ*, *tamruⁿ* an *ṭamruⁿ* primæ deferendæ sint, affirmare poteris. Atque, quod sane dolendum est, ne linguæ quidem, quibus hodie loquuntur gentes semiticæ, huic quæstioni lucem afferunt. Quid quod causæ incidunt, quum muta *t* a sibilanti *ṭ* ducta videatur, siquidem legimus, et Neo-syros antiquum *t* aspiratum, i. e. *ṭ*, sono *t* puro enunciare¹ et Arabes, qui nunc sunt, antiquum *miṭluⁿ* in *mitl*, *ṭalâṭatuⁿ* in *tlâte* etc. commutare². Quæ quamvis sic se habeant, tamen opinionem illam de litteris sibilantibus pronominum semiticorum e littera *t* oriundis non esse deserendam arbitror. Nam, re diligentius considerata, nil sane refert, femininum quorundam pronominum per litteram *t*, feminino autem respondens masculinum per *d* pronunciari, quoniam illi generi, in pronomibus saltem, simplicior sæpe alias est forma, ut in chald. *dâ hæc* (masc.

¹) Nöldeke, Neu-syr. Gram. p. 31.

²) Wahrmund, Prakt. Gramm. der neu-arab. Sprache p. 8; Caussin de Perceval, Gramm. arabe vulg. Paris 1833, p. 4.



dên), syr. hādâ (masc. hānâ¹⁾). Nec mirum est, voces enuntiativas, littera sibilanti effictas, sensu cognatis suis, quæ *t* habeant, anteire, quandoquidem cum pronuntiatione sensum quoque mutari haudquaquam necesse est. Fit enim haud ita raro, ut sensum, quem primariae jamjam abjece-
runt, derivatæ retineant voces. Syrorum autem et Ara-
bum nostræ ætatis loquendi ratio, quam supra commemo-
ravimus quaque *ṭ* in *t* nonnumquam abit, haud dubie vel
soni habenda est restitutio² vel antiquissimæ innuit pro-
nuntiationis vestigium. Qua de causa, quominus litteram
pronominum sibilantem a primario *t* deducamus, nil sane
impedit. Cui sententiæ suffragatur quodammodo, præter
alios, Wallinius etiam noster, exercitatissimus ille sono-
rum semiticorum explorator, litteram *t*^s aliasque similes
posteriore dialectorum consuetudine existisse affirmans³.

Ad *t* proxime accedit arabicum *ṭ*, quod eodem sono,
quo angel. *th*⁴, neogræc. *θ*, effertur, nec a hebr. et syr.
t aspirato discrepat⁵. Hebræorum vero *t* aspir. aliter at-
que arab. *ṭ* ortum ideo existimo, quod Arabes litteris sep-
tentrionalium Semitarum aspiratis carent. Namque hebr.
t vocali præcedente detritus est, opinor, sonus aspiratus,
ut neogræc. *θ*, arab. *ṭ* contra sonus tenuis linguæ blæsæ.
Hoc arab. *ṭ* medium tenet inter *t* et *s* purum, ut vel inde
apparet, quod Arabes ægyptii vocabulum *ṭ* et similia ut
libet sive salâsa sive talâta pronuntiant⁶. Sonus vero
t emollitus est *d*, e quo *ḏ* emanavit; sicut vero *ṭ* inter *t*

1) Cfr. Nöldeke, Mundart der Mandäer, p. 104.

2) Cfr. Ewald, Ausf. Lehrb., p. 130.

3) Über die Laute des Arabischen, Zeitschr. der DMG, Bd. IX, p. 25.

4) l. c. Bd. XII, p. 617.

5) Ewald, Ausf. Lehrb. p. 124; Olshausen, Lehrb. § 6, b).

6) Wallin, l. c. p. 618.

et *s*, ita *ḏ* suum inter *d* et *ḥ* tenet locum¹. Atque hæ tres Arabum litteræ *ṭ*, *s*, *d* ejusmodi sunt, ut respondeant: prima, ut jam dixi, hebraico *š*, aram. *t*, æth. *s*, secunda ceterarum dialectorum aut *s* aut *š*, tertia hebr. *ḥ*, æth. *ḥ*, aram. *d*. Sed hæc hactenus. Qui uberiores desiderat de his sonis invicem sibi respondentibus institutionem, consulat Merxii Gram. syr. p. 96 sqq., ubi exemplorum quoque copiam inveniet.

Porro a *ta* Ewaldus derivat *ha*, *ʿa*, quæ apud Arabes, quorum linguæ hic præcipue operam navamus, in *haḏâ*, *hadî*, *hâḏâka*, *huva*, *hija*, *ʿal*, *ʿulâ*, *haḥulâʿi* aliisque demonstrativis reperiuntur. Contra Hupfeldius *hâ* antiquissimum putat demonstrativum reliquorumque quasi fontem quendam²; quamquam hæc sententia viris doctis nostræ ætatis vix probatur. Nec vero derivatio ab Ewaldo proposita omne tulit punctum. Et maxime sane incommode accidit, quod nulla adjecit argumenta loco gravissimo, ubi rem exposuit præcipue³. Alibi tamen in eandem disputat sententiam. Sicut in libri allati § 58, b ait, *h* et *ʿ* sonos, ab aliis profectos, aut ex aspiratis aut e sibilantibus extenuatos esse⁴. Quæ ratio interdum tamen verbo magis quam re duplex est. Etenim *h*, si ex Hebr. *t* vulgata pronuntiatione aspirato ortum ceperit, eodem atque adeo meliore jure e sibilante, cujusmodi illud *t* naturâ est, emanavisse dici potest⁵.

Sequitur jam, ut utriusque transitus exempla apponamus, et primum quidem ea, quæ ab aliis sumpsimus.

1) Cfr. Wahrmund, l. c. p. 9; Nöldeke, Mundart der Mandäer, p. 96.

2) l. c. p. 127.

3) Ausf. Lehrb. § 103, a.

4) Cfr. Schleicher, Compend. pp. 141, 147, 164 infra, 181, 199 etc.

5) Cfr. Lagus, Ar. Gr. p. 7; Heyse, l. c. pp. 270, 279, 280.

Quorum certissimum ducimus litteram *t* feminini in *h* permutatam. Nam *t* fem. linguæ arabicæ, cum antiquæ tum hodiernæ, ubi pausale est, in *h* transire solet¹, idem in lingua neo-arabica, nisi ad vocem statu constructo declinatam pertineat, sæpissime ut *h* breve enunciatum². Hebræi autem hoc *t* cum *h* muto commutant, quod num quando auditum fuerit, dubitant docti³. Atqui Arabes, cur loco *t* feminini *h* ponant, ipsi providerunt ne nesciremus. Nam hoc literâ, quæ a *h* et nomen habet (*h marbûtâ* = *ṣ*) et formam, consignantes, aspirationem soni *t* monstrarunt ita prævaluisse, ut ipsum *t* jam jamque supprimat⁴. In quo ne vestigium quidem soni sibilantis, per quem *t* in *h* transierit, relictum est. Hebraicum autem *h* feminin. utrum ex aspiratione an ex sibilante exstiterit, ratione temporis, quo ortum sit, dijudicare debemus. Nam illud *h* si initium sumpsit, quum *t* aspir. ut *angel. th* pronunciaretur, a sibilante (ut supra dixi) potius quam ab aspirato ductum videtur. Quod si *t* etiam tum sonum retinebat aspiratum, quum *h* fem. apparebat, hoc eandem ac arab. *h* fem. secutum esse viam oportet.

Alteram rationem, cur *t* in *h* permutatum existiment viri docti, inde sumunt, quod vestigia soni *t* aut *ṣ* in forma hebr., quæ *hif'el* vocatur, pro *h* apparere censeant⁵. Et sane de uno horum vestigiorum vix dubitare possumus. Neque enim vocem תְּרַגְּלִיתִי⁶, nisi pure hebraicam interpretari licet, neque ejus *t*

1) Cfr. Mufazzal, p. 176 supra.

2) Wallin, l. c. IX Bd. p. 54.

3) Cfr. Olshausen l. c. § 108, e.

4) Lagus, Ar. Gr. p. 6, annot.

5) Ewald, l. c. § 122, a.

6) Hos. 11, 3. וְאֵנֹכִי תְּרַגְּלִיתִי לְאֶפְרַיִם "Ja minä opetin Efraimia käymään", Ingman, Raamatun Selityksiä, I, p. 78.

nisi lectione vulgata rejecta rejicere. Voces autem מִתְּהַרָּה¹ et תִּתְהַרָּה² formas aramaicas referre verisimile est³. Nam quoniam Jer. 22, 15 מתהרה בארז et in Peširtâ Jer. 12, 5 סִנְבֹּן סַמְאֵן אִנְא בַּל יִכְסֹן legitur, quid inter מתהרה et סַמְאֵן intersit non intelligo. Nec minus סְנֹרִים et שְׁלֹהוֹת a lingua aramaica originem ducunt⁴. Quare, quum unum tantum nobis offeratur soni *t* formæ hif^cil certius indicium, levius est argumentum. Attamen illud *t*, comparatis aliis semiticæ originis linguis, nonnullum accipit testimonii pondus. Nam hebr. hif^cil IV:æ verbi arabici stirpi respondet, neque dubium est, quin ambo communem habeant originem⁵. Quam quidem haqtala fuisse, secundum Bickellium⁶, optimo jure putare possumus, si ultimam spectamus stirpem causativam, quam habuerint linguæ arabica et hebraica communem. Lingua tamen arabica etiam antiquiorem præbet formam stirpis causativæ, quæ est saqtala, in X:a stirpe verbi dilucide apparens. Nam hæc stirps, velut VIII:a Iæ, ita IV:æ forma reflexiva aut medialis est atque eandem certe quam VIII:a secuta est formationis viam. Quemadmodum enim e qatala oritur *ʔitqatala*, i. e. *ʔiqtatata*, ita etiam e saqtala: *ʔit-saqtala*, i. e. *ʔistaqtala*, æth. *ʔastaqtala*⁷. Hoc autem saqtala vel saf^cala a forma syr. šaf^cel non magis

1) Jer. 22, 15.

2) Jer. 12, 5.

3) Cfr. Renan, Histoire etc. p. 216.

4) Cfr. Gesenii Thes. pp. 743, 962; Levy, Chald. Wörterbuch, II, p. 176.

5) Ewald, l. c.

6) Grundriss d. hebr. Gr. II, p. 35.

7) Ewald, l. c. annot.; Lagus, l. c. p. 44 annot.

quam pronunciatio arabica a syriaca differt. Itaque communem, opinor, habent originem hebraicum $hîf'îl$ syr. $šaf'el$, arab. (et æth.) $ʿaf'ala$. Hinc etiam forma hebr. $tîrgaltî$ (in lingua neo-hebr. $hîrgîl$) non mediocriter confirmatur, nec aliud facile invenies principium soni h (?) stirpis causativæ quam vel ex sibilante vel ex t . Huc faciunt quam maxime ea, quæ de verbi himjarici stirpibus in medium protulit cel. Osiander 1: "Die bisher schon gefundenen Verbalstämme, arab. IV, VIII, X", inquit, "finden sich in vielen Beispielen wieder, ebenso mit ziemlicher Sicherheit II und V. Sehr interessant ist aber eine in — — — wiederholt vorkommende Bildung des causativen Stammes. Während wir sonst immer das himjar. Causativ dem hebräischen entsprechend mit η gebildet finden, haben wir in jener Inschrift, statt des ganz geläufigen $\eta\eta\eta$, das allemal dem Gottesnamen vorangeht, $\eta\eta\eta$. Wir finden somit hier schon im Himjarischen einen Überrest jener ursprünglichen härteren Causalbildung, die ja im arabischen X Stamm sich deutlich erhalten hat und wovon sich auch noch anderweitige Beispiele, wie namentlich das syrische und assyrische Schafel u. s. f., vorfinden." Jam igitur causa est, cur h sonum in pronomibus sive e t sive ex sonis sibilantibus emanasse putemus. Sed etiam aliunde haurire possumus argumenta, quæ huic permutationi fidem faciant. Nam primum hebr. $hû$, $hî$, arab. $huva$, $hija$ in lingua assyr., si Oppertio 2 credimus, vocibus $šû$, $šî$ 3 respondent, deinde suff. arab. hu in lingua himjar. est $\eta\eta$ vel $\eta\eta$ 4, tum in dialecto arabica, quæ Méhri vocatur,

1) Zeitschr. der DMG. T. XVII p. 795 sq.

2) Gramm. assyr. p. 29. Paris 1860.

3) Schrader (Zeitschr. d. DMG. 1872, p. 245) su, si legit.

4) Zeitschr. der DMG. T. XX p. 239.

inveniuntur sê *illa*, sên *illæ*¹. Confirmatur denique ea, quam exposuimus, sibilantium permutatio non linguis tantum indogermanicis et fenno-ungaricis, sed semiticis inprimis, ut vel ex exemplis, quæ infra sequuntur, satis superque elucebit. Conferas igitur: arab. sadala *laxavit, demisit*, hadala id., sidluⁿ *operimentum, velum* = sitruⁿ², asdalu et ahdalu *dependens*; satala *guttatim prodiit* (Kazim.), hatala *guttatim emisit*; saru^ca *celer, properus fuit*³, hara^a et harica *propere incessit*⁴, celeriter *fluxit*, hurica⁵, ihrâ^c⁶; qasara *vi adegit*⁷, qahara *domuit, subjugavit*⁸, qahraⁿ *per vim*⁹, qahâruⁿ *très-puissant*¹⁰; fasisuⁿ *debilis*, fahihuⁿ id.; dasiqa *ita impletum fuit, ut redundaret*, dahaqa *implevit, dihâquⁿ ita impletum, ut redundet*¹¹. Pertinent huc etiam maṭvaⁿ *mansio, hospitium*¹², ma^vvaⁿ

1) l. c. T. XXV, p. 200. Cfr. de pronomibus aegypt. Journ. Asiat. 1871 p. 72 (sû, si = *lui, elle, cela*), p. 73 (ansên = *eux, elles*) cett. De formis amharicis ʿersû *is*, ʿersâ *ea*, sicut de tigrinensibus (Prætorius, Gramm. der Tigrinâ Sprache in Abessinien, p. 154 sq.) nesû *is*, nesâ *ea*, alio loco agetur.

2) Imr. Mu'al. v. 44.

3) Cfr. Qur. 3, 110.

4) Vit. Tim. I, 112.

5) Qur. 37, 68.

6) Harîr. p. 345.

7) l. c. p. 539.

8) Cfr. Hamâsa, p. 325 Schol. القسر القهر على الكره يقال قسرته
واقسرته ومنه قيل للاسد قسورة — Cfr. Qur. 74, 51; Ibn Chaldûn,
Hist. des Berb. p. 2; Tausend u. eine Nacht T. I, p. 253.

9) Boldir. Chrest. p. 98.

10) Qur. 13, 17.

11) Qur. 78, 34.

12) Qur. 3, 145; 6, 128.

id. ¹; tâba *rediit, reversus est* ², tâba id. ³ (hebr. sâb, aram. tâb), °âba ⁴ id.; nasama *leniter spiravit*, nasamatu *spiritus, halitus*, ⁵ nahama, nahima *vehementer spiravit* multaeque aliae voces ejusdem generis. De sonis *h*, ° pro-nominum interrogativorum videris infra.

Videamus jam de *k* pronominum, quippe cujus per-specta natura perspiciantur facilius quidam soni, qui, nisi hujus natura enucleata, vix possint cognosci. In qua quæ-stione gravissima sunt verba Ewaldi ⁶: "Fragende Deute-wörter entstehen zwar unbestreitbar aus jenen einfachen (Deutewörtern) durch eine hinzutretende neue Kraft theils des Tones theils und wohl anfangs nochmehr des Lautes, sodass sie das einfache Deutewort wie zum Herausfordern kräftig gefärbt aussprechen. Die schärfste und ursprüng-lichste Verstärkung scheint durch Verwandlung des *ta* in ein tief hervorkommendes starkhauchendes und daher gleichsam mit Gewalt forderndes *kva* zu entstehen." Qui-bus invitati, quid sonus *k* reapse in pronomibus cum *t* commune habeat, paullo diligentius consideremus. Primum igitur illum ex hoc exstitisse vix est credibile, quum, ut alio loco monuit magister amplissimus ⁷, litteræ mutæ di-versi generis raro inter se commutentur. Quamquam, si verum quaerimus, non desunt prorsus loci, in quibus *t* et *k* vices alternare videantur. E quo genere sunt praeter hebr. sātāh et sâqāh *bibit*, quae saepissime afferuntur,

¹) Lab. Musal. v. 44 Schol.; Ham. p. 40.

²) Qur. 2, 51.

³) Harîr. p. 456.

⁴) Kult. Musal. v. 72.

⁵) Ham. p. 1. Schol.

⁶) Ausf. Lehrb. § 104, a.

⁷) Ewald, l. c. § 47, d.



exempla prolata a Gesenio¹, hebr. pāqāh et pātāh *aperuit*, pātar, arab. fasara, syr. p^ešar, aeth. fakara *interpretatus est*, ad quæ Levy² q^elaq et r^elaq *jecit* addidit. Huc accedit, quod Neosyri *k* ut *t* efferunt, kalbâ ut talbâ, malka ut malta³, et Arabes quoque, qui nunc vivunt, *k* ut *tsch* aut *ts* (e. g. كتب lege tschâtib vel tsâtib⁴). Plura ejusmodi exempla frustra quæsivi. Nec vero me fugit, affixa 1:ae et 2:ae pers. sing. perf. apud Aethiopes *k*, apud Arabes contra et Hebr. et Aram. *t* exhibere; sed hanc vicissitudinem ex permutatione litterarum esse profectam mihi persuadere non potui. De hac tamen re alio loco aptius dicetur. Obiter tantum admoneam, 2:am pronominis personam, quantum equidem intelligo, antiquitas et *t* et *k* habuisse (cfr. in lingua coptica suff. 2:ae pers. sg. *k* msc., *t* fem.)⁵. Cave igitur exemplis supra allatis perpauca nimium tribuas auctoritatis. Nam ne hodierni quidem Syri et Arabes, *k* suum duplici modo efferentes, aliud faciunt quam Sueci eandem litteram ante vocales quasdam mollientes (ut in voce kyrka, lege tjyrka, tjörka). Quae quum ita sint, conjectura illa de *t* in *k* mutato, si non rejicienda, in medio saltem relinquenda est.

Minus etiam explorata censeo quae de radice quadam *kva* dicuntur. Nam ne indogermanicae quidem linguae

1) Thesaurus, p. 1189.

2) Chald. Wörterb. II, p. 367. Cfr. Schröder, Die phönizische Sprache, p. 115.

3) Nöldeke, Neusyri. Gr. p. 40 sq.

4) Wallin, Zeitschr. der DMG, IX Bd. pp. 60, 61; Wetzstein, Sprachliches aus den Zeltlagern der syr. Wüste. Zeitschr. der DMG, XXII Bd. p. 164.

5) Vide etiam Journ. Asiat. Août—Sept. 1871, "Le pronoms personnels en Égyptien": (e)k *toi* (masc.), (e)t *toi* (fem.), (e)w *lui*, (e)s *elle*.

talem norunt radicem, siquidem, ut exempla scrutemur, coc (in coc-tus, coquo), quinque, quo (in quo-d), -que, qui (in qui-s, qui-d) proprie sonant kak, kankan, ka, ki¹. Audias etiam Windischium, qui in "Studien zur griech. und lat. Gramm."², habita ratione stirpium ku, kva, kava, su, sva, sava, in dubium quidem vocat, utrum ku an kava, su an sava antiquius habenda sint, sed kva ut medium inter ku et kava sicut sva inter su et sava ponit. Linguae denique fenno-ungaricae, quamquam ne illae quidem *k* pronominale ignorant, a kva tamen radice, opinor, prorsus abhorrent. Talem igitur radicem ut vel semiticam esse putemus, nulla idonea causa impellimur. Neque enim ille *qu*-sonus, qui in linguis romanis atque gothicis saepe occurrit quoque radicem kva forsitan confirmare velis, in aliis semiticis, praeter aethiopica ejusque propaginibus, apparet neque in his, quantum quidem notum est, sicut in indogermanicis, consonam abjiciens in *v* solum mutatur (cfr. goth. hvas, hva, sanscr. kas, ka, lat. quis, quid, suet. hvem, hvad, dial. kvem, kva'; goth. vaurms, lat. vermis, a quermis, sanscr. karmis)³. Quare Ewaldum crediderim inconsulte et kva finxisse radicem et ab ea pa, ma derivasse⁴.

Sonum vero *k*, quamvis, mea sententia, nullam habeat vel cum *t* vel cum *p* (de quo infra) cognationem, significatione tamen iis esse finitimum arbitror. Nam plane

¹) Schleicher, Compend. p. 195.

²) p. 357 sqq.

³) Cfr. Bopp, Vergleich. Gramm. I, p. 28; Schleicher, Compend., p. 215; Dillmann, Aeth. Gr., pp. 34, 41.

⁴) Ausf. Lehrb. § 104, a.



nescius, qua re ductus Ewaldus potius in *k* quam in *t* potestatem exposcendi habitare doceat, horum contra utrumque vim præcipue demonstrativam habere puto, quae in interrogativam aut in relativam interdum transierit. Neque enim *k* ad interrogandum adhibetur, nisi in pronominali particula *kai* ejusque forma emollita *ʿai* (de qua infra). Idem vero deictica saepissime gaudet vi; habent enim Arabes *dâ-ka*, *hâḏâ-ka*, *ille*, particulam *ka* (hebr. et aram. *k^e*), quae ex eo, quod *ill.* Fleischer¹ docte explicuit, deictica est; Hebraei vero particulas *kōh ita, hic, nunc* (aram. *kâ hic, ibi*), *ʿê-kāh (quid-ita), quo modo, (ubi-hic), ubi, kēn sic, ita* (syr. *ken deinde*, chald. *kēn vel kēn sic, ita*); Syri part. *hā-kan, hā-kanâ hoc modo, sic, ita*; Chaldaei pronn. *dê-k hic, dê-kî, dê-kê id., dā-k haec*; Aethiopes pronn. et partt. *ʃ^e-kû ille, ʿent^e-kû illa, ʿel-kû illi, illae* cett., *kaliâ, kaliâka, kâh^eka illuc, illic*²; quibus addas suffixa secundae pers. semitica. Haec vocabula intuentes non possumus, quin sensum nativum istius *k* demonstrativum esse credamus, praesertim quum in *dâka, ʃ^ekû, dêk* suffixisque 2:ae pers. *k* nullam aliam habere possit vim, in ceteris autem eadem vis valde sit probabilis. Nil enim obstat, quominus particula relat. hebr. *kî ut, quod, quia*, de qua multum certarunt³, sicut conjunctiones aramaea *d^e ut, quod, quia*, anglica *that*, germ. *dass*, suet. *det*, på *det*, primitus demonstrandi exercuerit vim. Eadem est ratio vocis arab. *kai (ut finale)* cum alias

¹) Vide "Ergänzungsblätter zur allgemeinen Litteraturzeitung 1843", p. 116.

²) Cfr. Dillmann, Aeth. Gram. p. 96 et Lex. aeth. p. 823.

³) Ut Gesenius, Redslöb (de particulae hebraicae קי radice et indole, Lipsiae 1835) al.

tum praecipue in kaita *ita, sic* (كَيْتٌ وَكَيْتٌ = دَيْتٌ وَدَيْتٌ). Neque particula Syrorum kai ab hoc genere abhorret. Nam "per se", ut ait cl. Bernsteinius ², "non interrogat, sed in interrogatione verbo interroganti particulisque interrogativis, quibus postponitur, vim majorem addit interrogationique augendae servit" itaque germanico *denn, wohl*, suet. *då, väl* respondet. Num vero, quod particula arabica kai in kaifa *quo modo* et in emollita forma ʿai ad interrogandum usurpatur, pronominali *k* vim exposcendi omnino subjici oportet? Vix crediderim. Stirpem tamen kai, non eam quidem, Syrorum more, enclitice, sed in initio enuntiationis positam vocisque sono acutam, in interrogandi particulam abiisse verisimile est (cfr. hal).

A sono *k* Ewaldus interrogandi litteram *h* vel ʿ ductam putat, quippe quam non solum in arab. hal, ʿa *num? -ne, an?* et hebr. h^a cett., sed etiam in ʿai (ʿê) voce observavit. Quae derivatio necessaria quidem esset, si linguae semiticae nullum haberent *h* nisi ex *k* ortum. Nec negaverim permutationis, quam cogitat Ewaldus, satis multa colligi posse exempla. E quibus commemorem voces aethiopicas a Dillmanno ³ collectas: ʿebêre (arab. kabîrun), ʿaraga (arab. kariga), ʿalada (arab. kalada); hebraicas kašêr et ʿašêr *rectus fuit*, mākar et māhar *emit, vendidit* (Gesenius); arabicas kabata *prostravit* ⁴ (id. kaḅa ⁵)

1) Cfr. Mufazzal, p. 73: وَكَيْتٌ وَدَيْتٌ مِّنْ كَيْتٍ وَدَيْتٍ وَكَثِيرٌ
مِّنَ الْعَرَبِ يَسْتَعْمَلُونَهُمَا عَلَى الْأَصْلِ وَلَا تَسْتَعْمَلَانِ إِلَّا مَكْرَرَتَيْنِ.

2) Lex. syr. Chrestom. Kirschianae, p. 234.

3) Aeth. Gr. p. 36.

4) Qur. 58, 6.

5) Ham. p. 168.

et habata praecipitavit, percussit (cfr. هبط به الى الجب), kaša comminuit, fregit et haša id., žakluⁿ parum aquae et žahluⁿ id., lakaša pugno percussit in pectore et lahaša id. cett. Quoniam tamen et *h*, ut supra demonstravi, a *t* derivari potest et *t* aequae ac *k* demonstrandi habet vim, unde interrogatio, pronuntiatione sola mutata, facile gignitur¹, ab Ewaldi sententia jurē nostro recedimus. Potius enim puto, istud *h* (◌) a *t* derivandum esse, si vox interrogativa, cui *h* inest, cum voce, qua *t* continetur, cohaeret, et contra a *k*, si pronomen *h* sono instructum ad pronomen, quod *k* exhibet, prope accedit. Ita vox interrogativa arab. hal, quae fere ut art. ◌al (in lingua vulgari nonnumquam hal, in lingua hebr. proprie hal²) sonat atque a pronomibus litteram *k* habentibus longe recessisse videtur, unum idemque principio fuisse ac demonstrat. ◌al, cujus ◌e *t* (◌s) emanavit, recte existimari potest. Et part. interrog. hebr. ha (ha, he), arabico hal respondens, e hal decurtatum esse, inde quodam modo concludere licet, quod ha interrogativum et eundem habet sonum atque art. ha, e hal decurtatum, et nonnumquam etiam sicut art. ha geminationem consonae sequentis efficit³. Ita quoque *h* sonus aethiopicae vocis interrog. encl. hû a *t* ductum inde colligi potest, quod hû encliticum cum hû demonstrativo (personali) plane concinit⁴. Vox ◌ai (◌ê, ◌e) contra ad primitivum kai haud dubie referenda est, ut indicant idem valentes particulae arab. kaifa, hebr. ◌êpōh, aeth. ◌efō.

Quemadmodum vero *t* et *k*, sic *p* etiam primitus

1) Cfr. Dillmann, Aeth. Gr. p. 96.

2) Gesenii Thes. p. 361 sq.

3) Vide exx. l. c.

4) Cfr. Dillmann, Aeth. Gr. p. 96.

significationem demonstrativam habuit. "Als ursprüngliche Deutelaute stehen *t*, *p*, *k* parallel": ita ill. Fleischer margini eorum, quae supra commemoravi, "Ergänzungsblätter", p. 117 manu sua adscripsit. Qua de vi soni *p* ne dubitari quidem potest, quum idem, in pronominiibus apparens, aliam nusquam exhibeat naturam. Ita etiam in arab. kaifa, hebr. קַיפָה; cui illustrando inserviat quod Fleischer in margine l. c. addidit: "קַיפָה, inquit, giebt die fragende Bedeutung nur demonstrativen Wörtern." Atque hunc sonum *p* Ewaldus, ut dixi, ad eundem ac *m* refert fontem, quia *p* et *m* ut labiales inter se commutentur. Namque haec permutatio, quae quasi ab ipsa natura profecta videtur (ut in vocibus Papa, Mama, quae e radicibus veris non sunt procreatae ¹⁾, cum in linguis indogermanicis (e. g. μόλυβδος, *plumbum*, suet. βλυ; ύπνος, *somnus* pro *sopnus*) et fennicis tum maxime in semiticis occurrit. Ita *p* et *m* invicem ponuntur in hebr. mālat et pālat (arab. falata) ²⁾; arab. maʿaqa (maʿiqa ³⁾) et faʿaqa *singultivit*; arab. laqifa et laqima *celeriter comedit* ⁴⁾; hebr. rāman et zāpan (arab. dafana, æth. dafana) *occultavit*; hebr. rāmas et rāpas (syr. rēpas) *calcavit* (arab. rafasa *pede percussit*); chald. pašpeš et mašmeš *scrutatus est*; p^eqaq et m^e-qaq (vid. Levy, Wörterb.); aeth. maħaʿa III, 3 *libidine flagravit* et syr. p^eħiaʿ (Aph.) *lascivus fuit* ⁵⁾ (cfr. hebr. pāħiaʿ et arab. faħiaʿa); aeth. ħafara (hebr. ħāpēr, syr. ħēpar, arab. ħafira) *erubuit, puduit* et hebr. ħāmar *rubuit* (arab. ħamira

1) Heyse, l. c. p. 117.

2) Vide Gesen. Thes. p. 791 sq.

3) Har., p. 293.

4) Cfr. de vera significatione verbi laqifa De Saey, Chr. Ar. III, p. 221.

5) Ephr. Syri Carm. Nisib., ed. Bickell, p. 59.

ira erubuit, liamara *erubuit*, hūmratuⁿ *color ruber*, ᵘahimaru *ruber cett.*); hebr. qāpaz *contraxit*, e.g. manum, et qāmaz *compressit*, *cepit pugillo* (qōmez *pugillus*, *manipulus*, arab. qamaṣa *cepit extremis digitis*, æth. liafaša *comprehendit*, *arripuit*). Conferas etiam arab. calama et calaba, abida et amida¹, hariba et harima, ġabatâ et ġamarâ, nabaqa et namaqa; arab. samanuⁿ et hebr. semân et syr. seban; arab. abûzunuⁿ et hebr. amōz; hebr. bāsar et pāsar et arab. basara, baḡara; arab. basara et hebr. pāsar et syr. pešar²; æth. tam^eca et hebr. rāba^c et chald. r^ema^v et aram. z^eba^c et arab. zabaġa, taba^ca; æth. matara et bebr. bātar et arab. batara, matara; hebr. bālian et chald. be^lian et arab. maḡana. Sed satis jam exemplorum est, unde appareat, sonos *p* et *m* pronominales semiticos ad eandem originem referri facile posse. Significationes autem pronominum, quae vel *p* vel *m* continent, num e communi origine emanarint, nunc videamus. Quae alia cogitari nequit, nisi demonstrativa, quia *p* hanc solam admittit. Et sane vim soni *m* in vocibus שָׁמַיִם, שְׁמַיִם, חַמָּה, חַמְּהָ, חַמְּהָ, חַמְּהָ, חַמְּהָ, חַמְּהָ, חַמְּהָ multisque aliis, quarum *m* in *n* transiit (vide infra), demonstrativam esse, quis est qui neget? Neque pronomen relativum man, mā *is qui*, *id quod* vim demonstrandi unquam amittit. Ac significationes ceterorum, quibus *m* inest, pronominum, num quid obstat, quominus e demonstrativa emanaverint? Attamen alii aliter sensum nativum pronominalis *m* interpretati sunt, eundem tum indefinitum tum interrogativum habentes. Ita Prymius³

1) Tegnér, De vocib. primae rad. w, p. 35.

2) Cfr. Nöldeke, Über die Mundart der Mand. p. 96.

3) De enunciationibus relativis semiticis, p. 100.

ait, vim primitivam man et mâ vocum esse indefinitam. Quae sententia mihi neutiquam placet. Nam pronomina primo, ut puto, ad locum, qui sub oculis loquentis erat (*δειξις τῆς ὀψεως*), et ad id, quod erat in eo loco, spectabant¹, significatio autem indefinita aliquid ab ea ratione jam abductum demonstrat. Nec vero vis interrogativa mihi nativa videtur, quae revera Ewaldi quoque sententia est, quippe qui radicem interrogativam et a demonstrativa ductam putet et demonstrativam² appellet. Vox enim interrogativa, nisi demonstrativa simul esset, aliquid in loquendo oculis perceptum non significaret. Sin autem significatio interrogativa nonnumquam primitiva existimari posset, tamen *m* sono natura potius demonstrativa tribuenda esset, ut quæ aliunde omnino non derivetur. Eodem facit magna, quam *m* habet, cognatio cum *n* sono, ut omnes consentiunt, mere demonstrativae significationis. Quae quum ita sint, non dubito, quin *m* ex *p*, quocum saepe alternat, ortum ceperit. Neque tamen nescius sum, valde pauca soni *p* in pronomibus semiticis servata esse vestigia.

Venimus jam ad pronominum *n* et *l* sonos, qui plerumque in posteriore parte compositorum pronominum demonstrativorum, interdum interrogativorum, occurrunt, veluti in arab. *ʔan*, *ʔaṅa ut, quod*, *ʔiṅa utique, equidem*, *hunaḥ hic*, *man quis, is qui*, *ʔaina ubi*, *ʔaṅâ quocunque, quomodo*, *ʔal* (artic.), *ʔûlâ*, *ʔûlâʔi*, *haʔulâʔi cett. hi, ii*, *ʔaġa-đi*, *ʔaġatî* (pron. relat.)³. Utrumque Ewaldus a *t* (*d*) derivat, et quidem eo modo, ut *t* (*d*) in *l*, hoc autem in *n*

1) Heyse, l. c. p. 102 sq.; Ewald, Ausf. Lehrb. p. 258 sq. Cfr. Ewald, Abhandl. über die geschicht. Folge der Sem. Sprachen, p. 16.

2) "Fragende Deutewörter", Ausf. Lehrb. p. 265.

3) Vid. infra aliquot particulas simplices *n* aut *l* continentes.

mutatum putet¹. Littera vero *d* in *l* mutata, etsi in linguis indogermanicis interdum, in fennicis saepius occurrit, in semiticis perraro neque certo modo reperitur. Ill. Gesenius²: "Von der Verwechslung", inquit, "dieser Laute (ד et ל et ת) mit den übrigen Zungenlauten ז und ש wie im Griech. δακρυον *lacryma, lingua, tongue* findet sich im Hebr. keine Spur." Attamen alio loco³ ait, eam permutationem, quamvis raro, fieri, exemplum ponens arab. *ḥalmâsu*ⁿ, quod a græc. ἀδάμας ductum putat. Præterea⁴ affert hebr. *dâš pedibus calcavit, contrivit* (aram. *dâš*, arab. *dâsa* id.) et *lâš fortis, validus fuit* (unde *lajîš leo*), *depsuit*. Hoc tamen verbum cum arab. *lâṭa* cohaeret, cujus vis præcipua est *convolvere*, e. g. *cidarim* circa caput, vel *miscere* (unde *lauṭu*ⁿ, actio *musculos tanquam convolvendi, contrahendi, robur*⁵, et *lûṭatu*ⁿ *languor, tarditas, imbecillitas*⁶, proprie, ut puto, de massa depstae farinae). Ad haec vocabula addit hebr. *kâhî ad Pi. occultavit, celavit* et *kâhî al fucavit oculos*, *râc al contremuit* et *râc ad tremuit*; in quo tamen monendum est, verbo quoque *râc* am vim tremendi esse subjectam ideoque permutationem soni *d* in *l* non necessariam esse. Neque exempla ab Ewaldo⁷ prolata mihi certa videntur. Vocem hebr. *qalâhîat* Gesenius⁸ melius, ut puto, quam Ewaldus interpretatus est. Vocem

1) Ausf. Lehrb. p. 261.

2) Lehrgeb. p. 128.

3) Thes. p. 58.

4) l. c. p. 727.

5) Har. p. 374.

6) Ham. p. 5; Mufazzal, p. 12.

7) l. c. p. 133.

8) Thes. p. 1216.

hebr. ʿārap *texit, vestivit* cum ʿālap Pu. *inclusus, tectus* fuit cognatam esse vix confirmari potest; nam ʿārap manifeste respondet arabico ʿarafa *inclinavit* (مَعْطُوفَةٌ قِسِي ³), ʿarafa = tanâ ²), *complicuit*, V. *vestem sibi applicuit*, vox autem hebr. ʿālap cohaeret, opinor, cum arab. ġalafa *inclusit, immisit*, quod nescio, an cum ġalā *inseruit, immisit* magis sit cognatum quam cum ʿarafa . Etiam hebr. ʿēd *vapor* rectius, mea sententia, a Gesenio³ ad arab. ʿijād , quam ab Ewaldo ad ʿāl refertur. Neque verbi syr. maḏek *aromate et sale condivit* principium tam, ut puto, in melliā *sal* quaerendum est, quam in radice daka , cujus vis est *contundere, conterere* ($\text{m}^{\text{e}}\text{dāk}^{\text{e}}\text{tā}$ *mortarium, mūdākā* *contritum, condimentum*), sicut aram. et hebr. maḏac *scientia, intelligentia* et aram. $\text{m}^{\text{e}}\text{dac}$ *scientiam habuit* e radice da^{c} emanarunt. De vocibus hebr. fābal et fābad , pūl et pūr , sātām et salaba (arab.), $\text{sū}^{\text{a}}\text{lī}$ et $\text{dū}^{\text{a}}\text{lī}$ et $\text{lū}^{\text{a}}\text{lī}$ vide Gesen. Thes. Raro⁴ igitur, si unquam, d in l transit. Contra et l et n intimo nexu cohaerent cum m , quem sonum supra attigi. Hujus in n transitus comprobandi causa Gesenius⁵ haec profert exempla: hebr. mūr et nūr *nutare, vacillare* (cfr. arab. māra et nāra); arab. mulūn et nuḷūn *medulla*; hebr. mōrag et arab. nauraġun *tribulum*; hebr. bornīm *pistaciae* et syr. bermā *pistacia, terebinthus* (cfr. arab. burmun *terebinthus*); hebr. fānāh et aeth. fāmava *scortatus est*; hebr. bōhen et arab. ʿibhāmun *pollex*; hebr. sāram et sāran *adversatus est*;

1) Thar. Musal. v. 21 Schol.

2) Lab. Musal. v. 14 Schol.

3) l. c. p. 35.

4) Cfr. Oppert, Gr. ass. p. 57; Tegnér, De vocib. primae rad. w, pp. 32, 33.

5) Thes. p. 764 sq.



hebr. dāsēn et arab. dasima *pinguis fuit*; hebr. ʔim et syr. ʔen et arab. ʔin *si*; exitus pluralis hebr. -īm et aram. -īn (arab. -ūna, æth. -ân); hebr. ḥarzān et arab. ḥazrimūn (rectius ḥizrimūn). Quibus haec vocabula arabica adjicias: maḥa et naḥa *humorem emisit uter, sudavit*, maḥa-lḥadīṭa et naḥa-lḥadīṭa *divulgavit traditionem*, maḥara et naḥara *manu pressit versus terram*, maḥasa et nahasa *pugno percussit* (ita etiam lahasa et bahasa), maḥaga et naḥaga *velociter incessit* (cfr. niḥāḡun¹), muḥāḡun et nuḥāḡun *vociferatio felis*, qamahā et qanaḥa *caput sustulit et bibere recusavit*, kumātirūn et kumātirūn et kunātirūn *crasso et brevi corpore praeditus*, miḥun et niḥun *boreas*, ḥamṭalūn et ḥanṭalūn *colocynthis*², ḥamḥama et ḥanḥana *per nares locutus fuit*, cett.

Sonos autem *m* et *n* in ipsis etiam pronomibus vi-ces alternare, jam particulae pronominales supra allatae et exitus pluralis, qui a pronomine haud dubie ortum cepit, ostendunt. Idem comprobant cum nūnatio et mīmatio, quae appellantur, tum praecipue formae pronominum, quales sunt syr. ʔenūn, chald. ʔīnūn et hiḡōn, arab. humū, æth. ʔemūntū. Atque etiam permutatio *n* et *l* sonorum in linguis semiticis valde frequens est. Huc pertinent voces, quas attulit Gesenius: hebr. nāḥiaz *ursit, instituit* (arab. nahāza) et lāḥiaz *pressit, ursit* (cfr. arab. lahāza et lahāsa, vide supra); hebr. nāqab *nominatim appellavit* et arab. laqabūn *cognomen*; chald. nidnā et lidnā *vagina*³, hebr. niškāh et liškāh *cella, conclave*; hebr. nātan et syr. nētal *dedit*; rēḡūbēn et arab. rūbil⁴; hebr. zelem et

1) Imr. Musal. v. 63; Lab. Musal. v. 14.

2) Imr. Musal. vv. 4, 61.

3) Vide Levy, Chald. Wörterb. II, 93.

4) Cfr. l. c. Nachträgliches von Fleischer, p. 579, col. 1.

arab. *zanamu*ⁿ *imago* cett. Eodem redeunt Arabum *saqana* IV. et *saqala polivit* (syr. *s^oqal id.*, arab. *zaqala id.*¹⁾); *hâliku*ⁿ et *hâniku*ⁿ *valde niger*; *salamu*ⁿ *sagitta sine alis, ungula bifida*², *res in pedibus pone unguulam bifidam protuberans* et *sanamu*ⁿ *id.*; *ʔal-ʔaʔlamu-lgaḏaʔu* et *ʔal-ʔaʔnamu-lgaḏaʔu* *caper montanus*, *luʕâʕatu*ⁿ et *nuʕâʕatu*ⁿ *herba tenera*; *kuḏbûbu*ⁿ et *huḏbûbu*ⁿ *niger*; *šiīlamu*ⁿ et *šiīnamu*ⁿ *scintilla*; *kuḏbuṭu*ⁿ et *kunbuṭu*ⁿ *avarus*; *lamaqa* et *namaqa* *manu percussit* cett. Sed ipsorum pronominum *n* et *l*, etsi sibi invicem nonnunquam respondeant, ut in aram. *hākîl* et *hākên ita*, in arab. *ʔal* et *ʔan* articuli³ (ita in hebr. *ʔanôkî* pro *ʔan-ʔâkî*, rabb. *han-hû* pro *han-hûn*⁴⁾), inter se tamen mutari haud facile argumentis docebis. Unum tantum mihi hujus rei certius indicium notum est. Nam aram. non ita raro occurrens 𐤀𐤊𐤍⁵ nescio an idem ac syr. ܐܢܐ⁶ putari oporteat⁶. Istud autem ʔ praeformativum partem censeo pronominis personalis 3:æ pers., cujus primitivi *m* vel *n* finalis⁷ (de quo alio loco plura) vestigia etiam nunc restant. Ita in pronomini-

1) *zaqîlun*, *ziqâlun* Ham. pp. 93, 94.

2) Lab. Mural. v. 44.

3) Cfr. Ewald, Die gesch. Folge der Sem. Spr. p. 27.

4) Zeitschr. für die Kunde des Morgenlandes, II, p. 128. Cfr. Philippi, Stat. estr. im Hebr. p. 186.

5) Wiener, Chald. Gr. p. 67; Fürst, chald. Gr. p. 113; Gesenii Thes. p. 734.

6) Etiam in lingua hebr., si lectio vera est, litterae *l* pro usitato *j* 3:ae pers. sing. imperf. reperitur exemplum, quod est יְכַרְתֶּם = יְכַרְתֶּם Jes. 44, 14 (Ewald, Ausf. Lehrb. p. 505), in Talmudio plura (Wiener, Fürst II. cc.).

7) Cfr. Ewald, Die geschichtliche Folge der Semit. Sprachen, p. 14.

bus 3:æ pers. plur. hiṁ-ôn, decurt. hiṁ-ô, ʿiñ-ûn¹, ʿen-ûn, hum-û pro hum-ûna, ʿ^em-ûn-tû, et praecipue² in suffixis punicis 3:æ pers. sing. מ, plur. ממ. In plurimis autem pronomibus et particulis pronominalibus *n* et *l* nihil aperiunt commune, exceptis cognatione generali significationisque similitudine.

Jam vero, si consonas pronominum semiticorum in uno conspectu ponimus, eas ad tres sonos principales, qui sunt *t*, *k*, *p*, referri posse videmus. E quibus *t* primo in sibilantem, deinde vero in spiritum asperum vel lenem transiisse manifestum est. Ita quoque *k* in ʿ (interdum in *h*) emollitum invenimus. Litterae *p* contra in *m* transitum propterea sumpsit, quod et constante lege sonorum et affinitate, ut puto, significationis confirmatur. Eisdem argumentis *m* in *n* et hoc in *l* mutatum esse conclusi.

1) Suff. n-ûn, sicut k-ûn 2:æ pers.

2) Schröder, Die phönizische Sprache pp. 144, 155; Schlottmann, Zur Semitischen Epigraphik, II (Zeitschr. d. DMG. XXV Bd. p. 164 sqq.).

III.

Consonis pronominum earumque permutationibus ita expositis, jam vocales eorundem spectabimus, quarum vim et naturam quo diligentius ex argumentis probabilibus perspexerimus, eo evidentius non solum stirpes, quae formas pronominales procrearunt, verum etiam radices, e quibus stirpes natae sint, apparebunt.

Rem igitur propositam aggredientes, primo aspectu illas voculas ita esse constitutas videmus, ut simplices earum formae longam habeant vocalem aut diphthongum. Quarum e numero in praesenti satis est has tantum afferre: tâ, dâ, tî, dî, tû, sai, hâ, hû, hî, kû, kai, ai, mâ, mî, nâ, nê, nî, lâ, lau, lû cett. Alia autem ex parte semiticarum sicut ceterarum linguarum pronomina se ipsa mutilata vocalibusque correptis instructa praebent; cujus rei causa in eo haud dubie posita est, quod hae voces, ut formales tantum usuque frequentissimo tritae, facillime mutationibus obnoxiae fuerunt. Quae quum ita sint, tantum abest, ut longae pronominum vocales ad posteriorem linguae aetatem pertineant, ut, si non ipsae, principia saltem earum inde ab ultima antiquitate repetenda videantur. Haec vero quaerentibus ultro se nobis offerunt longae antiquissimarum verbi nominisque formarum vocales, quibuscum longae pronominum conferendae sunt. Neque sane dubito, quin una eademque sit causa, quae sicut in qâma, gazâ, farâ cett., ita quoque in tâ, hâ et similibus, vocalis effecerit productionem, eam dico, quae debilitate semivocalium syllabarum-



que inde orta contractione continetur. Quos tamen sonos debiles non magis licet pronomibus quam vocibus enuntiativis, nisi formis ipsis comprobatos, tribuere. Eisdem igitur primitus in illis simplicibus habitasse pronomibus demonstrare debemus. Qua in re major se nobis offert difficultas quam debilium in verbis litterarum indagatio. Verba enim, quam plurimis gaudentia formis, etiam semivocalem saepe expromant necesse est, pronomina contra, ad instar particularum, adeo decurtata sunt, ut consonae istae, prae ceteris leves, nisi perraro, in eis apparere non possint.

Ordiamur a pronomibus, quorum vim principalem *t* sonus significat, quo pertinent simplices formae arabicae *ḏâ, is, ḏî, tî, tâ ea*. Quarum radicem qui, vocalium diligentiore comparatione praetermissa, simpliciter *ta* ducat, quod in *ḏâ, ḏî* transierit¹, vereor, ne specie magis quam re eas enodarit atque explicarit. Namque exemplis posse doceri confido, nec producto nec mutato *a* earum effici formam fundamentalem. In his ordinem ducat vocis *ḏâ* forma nominalis *ḏû*, quae possessorem rei (ذو بمعنى صاحب) significat dualemque habet *ḏavâ*, pluralem *ḏavû*, feminin. sing. *ḏâtu*, dual. *ḏavâtâ*, plur. *ḏavâtu*. Illae autem plurales dualesque nominativum singul. *ḏavu* arguunt, ad quem etiam formae singulares *ḏû, ḏî, ḏâ* quam optime quadrant. Regulae enim convenienter a *ḏavu* derivantur *ḏavâ, ḏavû, ḏâtu* (i. e. *ḏavatu*); sed *ḏû, ḏî, ḏâ* ita ex *ḏavu, ḏavi, ḏava* formata sunt, ut *ʿabû, ʿabî, ʿabâ* ex *ʿabavu, ʿabavi, ʿabava*; *ʿaliû ʿaliî, ʿaliâ* ex *ʿaliavu, ʿaliavi, ʿaliava*; *hamû, hamî, hamâ* ex *hamavu, hamavi, hamava*². Sola, in qua exceptio reperi-

¹) Cfr. Ewald, *Ans. Lehrb.* p. 260 sq; *Gram. crit.* I p. 328.

²) Cfr. *Alfijâ*, ed. Dieterici, p. 14; *Mufazzal*, p. 9; De Sacy, *Gram. arab.* I p. 274; *Lagus, Ar. Gr.* p. 15, annot.

tur, forma est femininum dual. *ḡavâta*, siquidem singularis *ḡavatu* dualem *ḡavatâ* efficit (qui reapse apud Kazimirskium legitur). Ab hac vero, ne inde per contractionem procrearetur monstruosum *ḡâtâ* (𐤒𐤕), lingua abhorrens, *a* in *-vatâ* produxit. Stirpi igitur vocis *ḡû* semivocalem, eamque *v*, inesse mihi persuasi. Neque vero consentaneum est alius generis huic pronomini, alius ceteris ejusdem soni principalis (*t*) subjicere stirpem. Quae quoniam in *ḡû* semivocalem poscit, aliis itidem optime convenientem, talem omnino habuisse jure existimatur. Cui sententiae favet etiam vox arabica *ḡaita*¹ *sic, ita*, quae quin demonstrativo *ḡâ* cognata sit, vix est quod dubitemus. Nam unde probabilior soni *i* cogitari poterit ortus, quam ex *j*, quod in *ḡai* quoque habitat? praesertim quum maxime vulgaris sit apud Arabes syllabae *aj* in *ai* transitus. Possunt praeterea in aliis dialectis vestigia semivocalis horum pronominum, quae eruere conamur, deprehendi. Huc pertinent Hebraeorum *ḡa-fai tunc* (Arab. *ḡi-ḡan, ḡi-ḡâ*, Chald. *ḡâ-dajin*), Chaldaeorum *dê-n ille, dê-k, dê-kî, dê-kê hic* (cfr. *ḡ^{el}lêtâ* pro *ḡ^{el}laitâ*, *ḡ^{el}lêt* pro *ḡ^{el}lait cett.*); Aeth. *f^oja hîc, huc* et *fê*, quod Dillmannus², exitum spectans, cum hebr. *ḡa-fai* comparat. Ejusdem naturae est hebr. demonstrativum *feh*, quod Ewaldus³ et Ols-hausenius⁴, clarissimi nostrae aetatis grammatici hebr., ab isto in *ḡa-fai* apparente *fai* (*faj*) ductum docent, et ille quidem *ai* in *ae*, *ê*⁵ abiisse putans, quod littera *h* sit ex-

1) Cfr. Mufazzal, p. 73.

2) Aeth. Gram. p. 297, annot.

3) Ausf. Lehrb. §§ 38, b, 118, 104, e.

4) Lehrb. d. hebr. Spr. §§ 80, b, 40, e, 101, c.

5) i. e. in *e* vocis sono acutum.

pressum, hic vero ita, ut *i* (*j*) abjectum litterâ *h* compensatum esse censeat. Quarum permutationum rationes in medio relinquentes, non possumus, quin eas revera factas esse concedamus. Quod vero attinet ad formam hebr. *šû*, pro masculino eandem et feminino usurpatam, ea certe nec a *šai* deduci potest et ad stirpem vocis *šeh* accedit, quare illud cum *j* intimo nexu cohaerens *v* exposcit. Jam vero haec aliaque ejusdem generis exempla satis superque comprobant, longas pronominum a sono *t* incipientium vocales minime ex productione pendere, sed quodam semivocalis, ad stirpem pertinentis, cum adjacentibus vocalibus concursu esse procreatas.

Sequitur, ut contractionem, de qua modo dixi, diligentius exquiram ipsamque stirpem istorum pronominum investigem. Quae vero in hac disquisitione cogitanda sit stirpis notio, paucis et quasi praeteriens adumbrabo. Quamvis enim perbene sciam, duplex plerumque stirpium genus distingui solere, alterum, quod e radice immediate prodierit (stirpem primariam vocant), alterum, quod e stirpe jam efficta suffixi cujusdam accessione formetur (secundarium vulgo appellatum)¹, hanc tamen distinctionem deserendam duxi. Quod ideo praesertim feci, quia eadem, utpote quae suffixis apposis contineatur, non tam in linguas semiticas cadit quam in indogermanicas. Discrimen igitur feci, quod magis in hac saltem quaestione aptum mihi vi-

1) Cfr. Schleicher, Compend. p. 289: "Die Sprache — — entwickelte aus solchen unmittelbar aus Wurzeln hervorgegangenen Stämmen weitere Stämme. Die Stämme der ersteren Art nennen wir primäre Stämme, die Suffixe, welche zu ihrer Bildung verwandt werden, primäre Suffixe; die Stämme der zweiten Art, welche andere Stämme zu ihrer Voraussatzung haben, nennen wir sekundäre Stämme, und die zu ihrer Bildung verwandten Suffixa sekundäre Suffixa.

detur, illud dico quod, prout aut una aut plures in pronominibus insint radices, stirpes censeam illas simplices, has compositas¹. Hac enim ratione de primordiis pronominum separatim disputare possumus, descriptionem stirpium compositarum in aliud tempus differentes. Quamquam in simplicibus tractandis compositas, quoties hae illis lumen adspergant, prorsus omittere non licet.

Ex his igitur, quas quaerimus, stirpibus, in allato $\text{d}\dot{\text{u}}$, quod primitus davu sonavit, dav vel potius, si, ut debet, consona in pristinum restituitur, tav apparet, in arabico $\text{d}\text{ai-ta}$, hebr. feh , aram. $\text{d}\dot{\text{e}}$ contra taj . Has autem non primitivas vel principales esse, facile concluditur. Nam primum, quemadmodum in verbis nominibusque qatav , utpote quod nativum a finale amiserit, pro posteriore habendum est, cui ut primitivum qatava vel, si mavis, qata^{a} respondet, ita tav , taj stirpes antiquiores vocali desinentes videntur indicare. Deinde, ut infra elucebit, sunt formae pronominales soni t in a longum exeuntes, quas, nisi exceptionem statuerimus, ab alia atque tava stirpe derivare nequeamus. Accedit, quod vestigia istius ultimae vocalis etiam nunc manent, veluti in Aethiopum $\text{f}^{\text{e}}\text{ja}$ et $\text{h}^{\text{e}}\text{ja}$, Arabum huva , hija (quorum h e sibilante ortum est). Quam ob rem tav , taj e principio similem habuisse exitum pro certo statuo, naturâ inprimis linguarum huic sententiae favente. Neque vero dubito, quin vocalis, de qua sermo est, a fuerit, quum sola sit, cujus vestigia appareant. Itaque praeter tav , taj antiquiores stirpes tava , taja fuisse puto,

1) Hae compositae pronominum stirpes utrum e radicibus conjunctis an e stirpibus inter se vel cum radicibus copulatis constant, h. l. in medio relinquo. Neque enim certo id dijudicare possumus, nisi singulis pronominibus compositis dissolutis.

quae ex solita semivocalium *v* et *j* mixtione ad unum eundemque fontem haud dubie referendae sint (vide infra). Jam vero sicut qatava, una pluribusve vocalibus abjectis, praeter qatav etiam qatv, qtav efficit stirpes, sic probabile est, e tava, taja non solum tav, taj, sed alias quoque *t* soni pronominum quasi origines exstitisse. Ex his vero, post formatas jam tav et taj, non possunt nisi tva et tja¹ cogitari. Et sane ejusmodi stirpis principalis attenuatio etiam nunc cum in allatis supra ^eja vel ^jja, h^eja vel h^jja observatur tum, ut pro certo habeo, in tertia persona singularis pronominis personalis, quam, ut primum ejus *m* finale omittam, per hanc formarum seriem enatam censeo: hava, hva (cfr. vahva, fahva), hua, i. e. hu^a, arab. huva, hebr. et chald. hu^o, hū^o (in quo ^o quiescit), aeth. u^a, v^a, v^o². Stirpes igitur tava, taja, tav, taj, tva, tja ponendas pronominaque simplicia *t* soni ex eis tantummodo esse procreata existimo.

Quibus vero de causis ita statuerim, infra dicetur uberius. Quam disquisitionem ita institui, ut primum, quomodo cum in toto Semitismo tum in singulis ejus dialectis singulae vocales longae ex sonorum complexibus *ava*, *aja*, *av*, *aj*, *va*, *ja* exstiterint, disquiram, id quod ad pronomina omnino illustranda spectat, deinde stirpium pronominalium *t* soni ortum et mutationes pervestigem.

Sonum igitur *á* considerantes et primum quidem ut ad

1) Num tja tamen ad fontem taja redeat, incertum est, quia tva et tja tam arcte inter se cohaerent, ut hoc ex illo natum facile conjicias (vide infra).

2) Linguam syriacam sicut jûm e jêvam, item hû e heva formasse, verisimile est (cf. infra).

omnes vel plurimos saltem Semitas pertinentem, eum ex *ava* facile potuisse oriri invenimus. Namque *ava* non solum in linguis arabica et hebraica, sed etiam in aramaica atque aethiopica vocalem illam procreat. Etenim Aramaeorum *ava*, quamvis difficile sit dictu, num immediate unquam in *â* transeat, per *va* tamen huicce transitui obnoxium esse indicant verba concava¹. Atque Aethiopes solent ii quidem *ava* aut servare aut tum in *av*, tum in *va* (quod etiam cum *av* commutatur) convertere; istud vero *av* non solum in *ô*, *û*, id quod saepissime fit, sed haud ita raro praecipueque in vocabulis antiquis in *â* contrahitur, sicut *qâl*, *dâr*, *qâs*, *hâf*, *râqâ*, *nâlâ*, *zâmâ*, *hârâ*, *marcâ* cett. dicitur pro *qaul*, *daur*, *marcâu* cett². Praeterea nonnulla sunt vocabula aethiopica, in quibus *â* ab ipso *ava* ortum cepisse censeas. Quo modo *amat*, respondens arabico *amatu*ⁿ, quod primo *amavatu*ⁿ, deinde *amâtu*ⁿ (cfr. *zalâtu*ⁿ pro *zalavatu*ⁿ, *murzâtu*ⁿ pro *murzavatu*ⁿ) pronunciarunt³, per *amât* ex *amavat* exstitisse verisimile est. Eandem esse rationem vocis *hamât*, inde colligo, quod arab. *hamâtu*ⁿ (masc. *hamu*ⁿ vel *hama*ⁿ pro *hamavu*ⁿ) e *hamavatu*ⁿ contractum est⁴, cett. Apud omnes igitur Semitas *ava* vel directe vel per ambages in *â* confluit. Neque illud commune *â* eodem jure ab ullo ceterorum,

1) Cfr. de Syrorum verbis tertiae v Merx, Gram. syr. p. 330.

2) Cfr. Dillmann, Aeth. Gr. pp. 29, 175, 218, 205, 195 sq. cett. Saepe non minus recte ad ipsum *ava* quam ad *av* hoc *â* forsitan referatur.

3) De Sacy, l. c. I, pp. 355, 358.

4) Etiam in dialecto tigrinensi *ava* in *â* contractum reperitur (Praetorius, l. c. p. 83).

Bibliothek der
Deutschen
Morgenländischen
Gesellschaft

quos supra attuli, sonorum complexu derivari potest. Namque *aja*, *aj*, *ja* in dialecto aethiopica numquam *á* evadunt. Quod autem ad *va* et *av* attinet, illud in Hebraismo vix unquam¹, hoc vero, praeterquam quod apud Arabes e lege *au* fit, in lingua hebraica perraro², in syriaca numquam, opinor, in *á* contrahitur. Accedit, quod *av*, *va*, in pronomibus saltem, ut supra demonstravi, ab *ava* ducta putanda sunt. Sequitur igitur, sonum *á* in eis pronomibus, quae omnes Semitae communia habent, ad *ava* proprie referendum esse (cfr. infra de *ava*). Neque tamen negaverim, sicut e supra expositis jam quodam modo elucet, Arabum *á* etiam ex *aja*, *ja*, *va*, nonnumquam ex *av*, *aj*³, Hebraeorum ex *aja* et *aj*, Aramaeorum ex eisdem, interdum e *va*, *ja*⁴ effluxisse.

Jam vero communia singularum dialectorum *ú*, *í* ad *va*, *ja* revocari posse autumo. Nam horum sonorum in *ú*, *í* transitus, sicut in linguis indogermanicis⁵, ita in semiticis quoque argumentis comprobatur gravissimis. E quibus ante omnia afferam suffixum arabicum primae personae singularis -*í*, quod ab initio -*ja* sonasse jam scholiastae veteres perspexerunt. In his Tebrísius, Hamasae interpres, p. 22 ad vocem هَوَايَ haec annotavit: فتكت ياء الأضافة على الأصل وذلك أن هذه ياء لما كان ضمير اسم على حرف

1) Cfr. tamen *á*lāh et Arabum *alvarun*. Vid. ceterum Ewald, Ausf. Lehrb. pp. 117, 139; Olshausen, Lehrbuch etc. pp. 278, 310 sq.

2) Cfr. Ewald, l. c. p. 106.

3) Lagus, Ar. Gr. p. 13 sqq.

4) Cfr. de formatione vv. 𐤁 et 𐤁 Ewald, l. c. § 115; Olshausen, l. c. p. 479; Bickell, l. c. § 137; Merx, l. c. pp. 134, 330. — Cfr. etiam Ewald, l. c. § 36, d.

5) Cfr. Bopp, Vergl. Gramm. §§ 42, 326.

واحد متطرف كرهو يسكن فيختل فجعلو من اصله التكريك.
 "Littera ي, cum nomine conjuncta, fathà secundum pri-
 marium pronunciandi modum instructa est; nam hoc ي,
 quum pronomen nominis est, una tantum littera constans,
 in fine vocum additum, quiescere noluerunt, veriti, ne de-
 trimento inde afficeretur, quare primario pronunciandi modo
 motionem fecerunt." Hoc suffixum quamquam lingua ho-
 dierna numero singulari post abjectas demum casuum ter-
 minationes addit, nescio tamen, an primitus eisdem serva-
 tis conjunctum fuerit. Quam conjecturam ut argumento
 explanem, effinxi mihi 'abdu', 'abdi', 'abda' in statu
 suffixo pronunciata esse 'abduja', 'abdiya', 'abdaja', quo
 facto, vocalibus sensim ac paulatim abjectis, tota singula-
 ris formam 'abdja' acceperit, quae quum durior esset, 'ab-
 dia, i. e. 'abdiya', 'abdiya' efferebatur¹. Suffixi vero for-
 mas -iya atque -i promiscue Arabes veteres adhibuerunt²,
 neque dubium est, quin haec ex illa, a finali omissa³ so-
 nisque ij in i contractis, emanarit. Contra suffixum -ja
 nomini adjunctum ob pronunciandi facilitatem servatum est,

¹) Forma 'abdja' interdum in 'abdâ' videtur confluisse. Cfr. de
 hisce rebus Tebris. schol. ad vocem أخوتى, Ham. pp. 413, 414. لك أن
 تروى أخوتى وأخوتها فمن روى أخوتى فإنه سكن الياء وأصله
 الحركة لكونه علامة الضمير متطرفا على حرف واحد فوجب
 تقويته بالتكريك كما أن سبيل اختيه الكاف والهاء التكريك لو
 وقعنا موقعا وأثرو الفتحة --- أنه لو كان ما قبله ساكنا كان لا
 يجي إلا مفتوحا وذلك قولك رحاى وعصاى إلا أنه لما كان باب
 النداء باب حذف وإيحاء لكثرة استعمالهم له سكنوا الياء
 ومن قال أخوتها فر من الكسرة وبعدها ياء إلى الفتحة فانقلبت
 الياء ألفا على ذلك بادية وبادة وناصية وناصية.

²) De Sacy, Gr. Ar. I, p. 459.

³) Cfr. de ultima vocali in uva, ija movenda Lagus, Ar. Gr. p. 16.

ut in *hudâja* (i. e. *hudâ + ja*), *ġulâmâja* (i. e. *ġulâmâ(ni) + ja*), *muslimiġa* (i. e. *muslimû(na) + ja*¹ vel *muslimî(na) + ja*). Eandem igitur permutandi normam hoc suff. consona praecedente secutum est, quam va in *hva*, *hua*, *hu'a*, *huva*, nisi quod *-ija* in *-î* transiit, uva² integrum mansit. Idem *-ja* suff. apud Aethiopes omnes plerumque respuit mutationes, quippe quod, quantum equidem judico, vocibus adjectum per vocales, statum constructum, ut videtur, principio significantes³, syllabam neque duram ceterumque linguae consentaneam efficit. Neque tamen huic dialecto prorsus desunt exempla ejusdem suffixi in *-î* transitus. Nam praepositio *ba* atque *-ja*, quamquam saepissime in *b^eja*, nonnumquam tamen in *bî* coalescunt⁴. Assyrii quoque, secundum Oppertium⁵, suffixo utebantur *-ja* idque vocibus consona terminatis per vocalem conjungebant. In linguis autem chaldaica et hebraica non occurrit, nisi contracta ejus forma *-î*; idem Syri denique, quamvis *j* littera notent, non efferunt. — Restat, ut ex aliis quoque vocabulis argumenta ejusdem permutationis duca-
mus. Huc pertinent Aethiopum verba mediae *v* et *j*, quae vim habent intransitivam, veluti leguntur *j^emîr* pro *j^emjar* (*j^emiar*), *j^emûr* pro *j^emvat* (*j^emuat*) cett. itemque Chaldaeorum formae status constructi plur., quales sunt *malk^evât*, *mašr^ejât*, utpote quae singulares *malkûr*, *mašrîr* primitus *malk^evat*, *mašr^ejat* sonasse arguant, quemadmodum plurales *m^edînât* cett. singularibus *m^edî-*

1) Vid. de Sacy, l. c.; Lagus, l. c. pp. 13, 132.

2) Suff. tamen tertiae pers. sing. masc. est *hu*, ex *hû* decurtatum.

3) Dillmann, l. c. p. 278 sq.

4) l. c. p. 319.

5) Gramm. assyr. p. 23.



nat cett. respondent. Eodem facit hujus linguae infinitivus stirpis concavae, e. g. m^eqûm pro miqvam. Neque ea permutatio a dialecto syriaca aliena est, ut formae eïn pro e^ejan, hîl pro h^ejal, jûm pro j^evam, m^ehîûtâ pro malîvatâ, hîadûtâ pro hîadvatâ¹ demonstrant. Respicienda quoque sunt hebr. nâsôg, n^esûgôtî a nasvâg cett. atque formae variatae s^ebît et sibjâh al., quae, quantum equidem judico, e šabjat, corrept. s^eb^e-jat, ortae sunt². Praeterea in dialectis aethiopica³ et hebraica⁴ *ua*, *ia* (i. e. *va*, *ja*) in *au*, *ai* transire eaque ratione *û* et *î* procreare possunt⁵. Sed quoniam Arabes *ava*, *aja* non possunt, nisi per *va*, *ja*⁶, in *û*, *î* mutare, haec in pronomibus, quae aliis Semitis cum illa gente communia sunt, ex *va*, *ja* efficta putari debent. In pronomibus vero ab hujus gentis lingua alienis, *û* et *î*, ut jam supra leviter significavimus, per *ô* et *ê* ex *au* et *ai* originem trahere possunt⁷, quin etiam hebraicum *û* ex *â* per *ô*.

1) Merx, Gr. Syr. p. 126.

2) Cfr. Olshausen, Lehrb. p. 276.

3) Cfr. Dillmann, l. c. p. 65; Praetorius, l. c. p. 144, ubi dialectos aethiopicas, tigrinensem, amharicam, harariam -ê suffixum primae pers. pro -ja vel -î habere legimus.

4) Ewald, l. c. § 44, e.

5) Conferas etiam Hebr. supra prolatum (hva, hu·a) hû·, ad quod suff. -hû pertinet, nec non Arabum qultu et sim., quod a qavaltu per qvaltu, qualtu, opinor, derivatum est.

6) Cfr. supra de *ja*, ex *aja* decurt.

7) In lingua tamen syriaca *û* ab *av* per *eva*, sed *î* aut ab *ai* (*aj*) ipso aut ab eodem per *eja* ducta videntur (cfr. jaum, j^evam, jûm; hîal, h^ejal, hîl; sed e^etgalî pro e^etgalai, maštîhûn pro maštaihûn (maštaj^ehûn — Merx, l. c. pp. 131, 134).

Sed ut ad pronomina simplicia redeamus, arabico *dâ is* Aramaeorum *dê-(n)*, Hebr. *feh*, Aeth. *f^e* respondent, e quibus non tantum *dê*, *feh*, verum etiam *f^e*, opinor, aliter atque *dâ* exortum est. Nam illa omnia ad stirpem *taj* referre licet, quae in dialecto aramaica per *dai*, in hebraica per *sai*, in aethiopica, ut videtur, aut per *sai*, *fê*, *fî* aut per *sai*, *fê¹* (velut *êfô* pro *êfô*) transformata est, *dâ* contra, quippe quod a feminino *tâ* formatione separari nequeat, sicut hoc a *tava* ductum jure censetur. Namque *tâ* ita derivatum esse, inde, ut supra monui, colligo, quod idem ac chald. *dâ*, hebr. *fō-t* et *fô* (i. q. *fâ-t*, *fâ*), aeth. *fâ*, mand. *ṣṭ²*, syr. (*hâ*)-*dâ³* valet. Neque dubito, quin *tâ*, *dâ*, *dâ*, *fâ* generalem a principio habuerint vim demonstrativam. Feminina vero arab. *tî*, *dî*, quorum ortus, ut supra exposui, ex *tja* repetendus est, et forma et notione cum aethiopico *tî* (*fâ-tî haec*, *j^e-tî ea*) conspirant. Hujus autem masculinum *tû* (*sen-tû hic*, *v^e-tû is*), quippe cui nominalis neque vis neque formatio subjici possit, non ad arab. *dû* possessoris (*ذو بمعنى صاحب*), e *davu* ortum, mea sententia, referri debet, sed pertinet potius ad hebr. *fû* *hic*, *haec* atque ad illud arab. *dû*, quod ut nonnumquam *dâ⁴*

1) Cfr. Dillmann, l. c. pp. 30, 32.

2) In *ṣṭṭ* *ṣṭ* (fem.), *ṣṭṣṭ* *hoc.*, ut cel. Nöldekus ipse mihi benigne exposuit.

3) Cfr. Nöldeke, Neusyr. Gr. p. 76; Merx, Gr. Syr. p. 179.

4) Cfr. Alfija p. 41. وَشَرَطُ اسْتِعْمَالِهَا مَوْصُولَةً أَنْ تَكُونَ مَسْبُوقَةً
بِمَا أَوْ مِنْ الْأَسْتَفْهَامِيَّتَيْنِ فَوْ مِنْ ذَا جَاءَكَ - - - التَّقْدِيرُ مَنْ
الَّذِي جَاءَكَ. Cfr. etiam Caussin de Perceval, Gr. Ar. vulg. p. 87.

et hebr. $\text{f}\hat{\text{u}}$ ¹, vim habet relativi الَّذِي ² (ذو بمعنى الذي) quod-que declinari non solet ³. Atque has $\hat{\text{u}}$ vocali desinentes formas a tva (tua), sicut tî, dî a tja (tia), ductas putarim, quamquam Hebraeorum $\text{f}\hat{\text{u}}$ non sine causa etiam a $\text{f}\hat{\text{o}}$ derivari haud nescius sum. Neque vero $\text{d}\hat{\text{u}}$, $\text{t}\hat{\text{u}}$ primitus masculina, neque $\text{d}\hat{\text{i}}$, $\text{t}\hat{\text{i}}$ feminina, sed, ut $\text{t}\hat{\text{â}}$, generalia fuisse demonstrativa existimo, quod arab. $\text{d}\hat{\text{u}}$ relat. et hebr. $\text{f}\hat{\text{u}}$ et masculini et feminini habent vim quodque $\text{d}\hat{\text{i}}$ ad pronomen relativum, et quidem ejus masculinum $\text{a}\hat{\text{a}}\text{l}\hat{\text{a}}\text{-d}\hat{\text{i}}$ (fem. $\text{a}\hat{\text{a}}\text{l}\hat{\text{a}}\text{-t}\hat{\text{i}}$), conformandum adhibetur. Hoc autem respectu idem $\text{d}\hat{\text{i}}$ non tantum cum arab. $\text{d}\hat{\text{u}}$ (بمعنى الذي), verum etiam cum aram. $\text{d}\hat{\text{i}}$, aeth. $\text{f}\hat{\text{a}}$, amhar. $\text{j}\hat{\text{a}}$ conferendum est ⁴. In quo quum ceterae dialecti semper, arabica et hebraica haud raro simplicibus utantur relativis, Arabum quoque $\text{d}\hat{\text{i}}$ solum per se relativam, a demonstrativa deductam, notionem quondam habuisse conjicere licet. Quocirca $\text{d}\hat{\text{u}}$ et $\text{d}\hat{\text{i}}$ ab initio vices videntur alternasse, eoque credibilis est, sicut $\text{d}\hat{\text{i}}$ in $\text{a}\hat{\text{a}}\text{l}\hat{\text{a}}\text{-d}\hat{\text{i}}$, ita $\text{d}\hat{\text{u}}$ in $\text{a}\hat{\text{a}}\text{l}\hat{\text{a}}\text{-d}\hat{\text{u}}$ redactum esse, quoniam plur. $\text{a}\hat{\text{a}}\text{l}\hat{\text{a}}\text{d}\hat{\text{u}}\text{n}\hat{\text{a}}$, quae a singulari $\text{a}\hat{\text{a}}\text{l}\hat{\text{a}}\text{d}\hat{\text{u}}$ ceperit ortum,

¹) Olshausen, l. c. p. 191 al.

²) Cfr. e. g. Ham. 148 schol. $\text{وَذُو بَيْتِهِ بِسْمَاءَ --- وَالَّذِي بَيْتِهِ فِي السَّمَاءِ}$

³) De Sacy, l. c. I, p. 449. Cfr. Alfijā, p. 40: $\text{وَالْأَشْهَرُ فِي ذُو هَذِهِ}$
أَعْنَى الْمَوْصُولَةِ أَنْ تَكُونَ مَبْنِيَّةً وَمِنْهُمْ مَنْ يَعْرِبُهَا بِالْوَاوِ رَفْعًا
وَبِالْأَلِفِ نَصْبًا وَبِالْيَاءِ جَرًّا - - فتكون مثل ذى بمعنى صاحب.
Cfr. etiam مِنْ ذُو e مِنْذُ decurt. "durch eine vocalische Rückassimilation" (Fleischer).

⁴) Obiter tantum h. l. moneam, hebr. $\text{a}\hat{\text{s}}\text{er}$, e quo $\text{s}\hat{\text{e}}$ decurtatum est, ab $\text{h}\hat{\text{a}}\text{l}\hat{\text{a}}\text{f}\hat{\text{e}}\text{h}$ (= $\text{a}\hat{\text{a}}\text{l}\hat{\text{a}}\text{d}\hat{\text{i}}$), i. e. $\text{a}\hat{\text{a}}\text{l}\hat{\text{a}}\text{f}\hat{\text{e}}\text{h}$, $\text{a}\hat{\text{a}}\text{l}\hat{\text{a}}\text{s}\hat{\text{e}}\text{h}$, $\text{a}\hat{\text{a}}\text{l}\hat{\text{e}}\text{s}\hat{\text{e}}$, $\text{a}\hat{\text{a}}\text{s}\hat{\text{e}}\text{l}$, mihi ductum videri.

apud quasdam gentes arabicas occurrit¹. Verumenimvero ʿaĪaḍī, ut casum obliquum, pro ʿaĪaḍū substitutum esse haud concedam, siquidem ʿaĪaḍī jam in lingua antiqua usitatissimum erat. Deinde vero relativa, quae supra commemoravimus, quin a fonte communi effluerint, non est, quod dubitemus. Nam ut demonstrativa, quae *t* sonum continent, certe ad stirpem tava vel taja revocanda sunt. Nec vero Ewaldi mihi arridet sententia, commune relativum semiticum *tia*, *jat*² ponentis idemque cum indogermanico quodam *tia* comparantis. Etenim relativum singularum *tia* dialectorum suo quodque demonstrativo proxime cognatum esse, quis non videt? Sic Arabum *dī* demonstrandi atque referendi una eademque vox aperte sunt, Aramaeorum *dī* nihil aliud nisi demonstrativum *dē*, quod in *dī* transiit³, Aethiopum *sa* e generali demonstrativo *sā* decurtatum, amharicum *ja*, ut Philippi⁴ ostendit, reliquum demonstrativi *seja*, cujus *se* in pronunciando omissum est⁵. In qua quaestione id nemini offensioni sit, quod Athiopes relativum a *sā*, eorum vero cognatos Amharos a *seja* derivasse dixi. Nam Arabes soli per se voculis *dā* et *dū* et *dī* atque Hebraei *seh* et *sū* vim subjiciunt relationis. Praeterea, si quis forte, non solum amhar. *ja*, sed etiam aethiopicum *sa* a *seja* propter similitudinem ducere velit, qua via id fieri possit, plane nescius sum.

1) Mufazzal, p. 56; Alfjā, p. 39; Lagus, Ar. Gr. p. 126.

2) Ausf. Lehrb., pp. 535, 536.

3) Cfr. *dīn* pro *dēn*, Fürst, Chald. Gram. p. 227.

4) Wesen und Ursprung des Status constructus im Hebräischen, p. 110.

5) Cfr. Isenberg, Grammar of the Amharic language, p. 45.

Stirpibus pronominum *t* soni expositis, sequitur, ut radicem earum exquiram. Alias tamen atque *tava* et *taja* stirpes hic non opus est respicere, quia illae non sunt, nisi ex his variatae. Quarum ratio eadem mihi videtur atque enuntiativarum *qatava*, *qataja*, *similium*. Equidem, sicut has e radice *qata*, ultimo *a* iterato mutatoque spiritu leni formae *qataʼa* in *v* vel *j*, enatas censeo, ita *tava*, *taja* ex *ta* ortum cepisse. Ergo nec *tava* nec *taja*, sed *taʼa* pro stirpe revera primigenia duco. An vero ipsum *taʼa* principium sit pronominale, valde ambigo. Licet enim in *tâ* derivando stirpi *tava* primitiva *taʼa* substitui possit, quoniam non tantum Aramaei et Hebraei, sed Arabes etiam et nonnumquam Aethiopes¹ *ʼaa* vel *ʼa* in *â* contrahunt, eam tamen contractionem ab ortu simplicis *tâ* tempore longe abesse, crediderim. Quo quum accedat, quod in omnibus dialectis *â* ex *ava* natum cogitari potest, causam non habemus idoneam, cur *ʼaa* pro *ava* in aliis pronomibus ponamus, quam in eis, quae perspicua hujus spiritus vestigia servarunt (vide infra de *mâ*)².

Restant nonnulla ad quaestionem de radice *ta* ejusque propaginibus pertinentia. Nam huc referri debent pronomina quoque *h* (ʿ) soni, emollitione vel a *t* vel a *si* bilante profecti. Sed quoniam nec quae eorum tum esset ratio, quum *h* exoriretur, definiri potest et significatione interdum nonnihil a pronomibus *t* instructis discrepant, non alienum mihi visum est, sicut his, ita illis quoque

¹) Dillmann, l. c. p. 73.

²) Conspectum tamen huic libello additum ita institui, ut Hebraeorum et Aramaeorum *â* ubique ab *ʼaa* quoque derivare liceat, quoniam, ut libere fateor, leges, secundum quas illae gentes vocis spiritu utantur, nondum perspexi.

propriam tribuere stirpes, quamquam in hac ratione constituenda perspicuitati magis quam verae originationi me paruisse confiteor. Quae pronomina quoniam accuratius considerata idem vocalium genus, quod antea descripsimus, manifestant, certe ad eandem quoque stirpium conditionem referenda sunt. Versabitur igitur disquisitio nostra non tam in ipsorum stirpibus inveniendis, quam in eo, ut via indagetur, qua hae voculae in formas, quibus indutae sunt, transierint. Eandem denique rationem, ut hoc jam moneam, cetera quoque suadent pronomina, quatenus in plurimis naturâ cum eis, quae per *t* ficta sunt, congruunt. Eorum vero, de quibus hic agetur, pronominum gravissimae formae simplices sunt hâ, huva, hî^o, v^oe, hija, hî^o, hî, j^ee. E quibus Arabum hâ, quamvis non habeat nisi interjectionis vim, tamen cum aliis demonstrativis conjunctum haud raro, ut in hâ-dâ, hâ-dâka, hâ-hunâ, usurpatur. Respondet huic aramaicum hâ, quod cum ut simplex adhibetur (men hâ *ab hoc, hinc*, cett.) tum praecipue aliis vocibus affigi solet¹ (hâ-nâ, hâ-dên *hic, iste*; hâ-kîl, hâ-kên *sic, ita*, cett.). Atque etiam in lingua hebraica vestigia ejusdem possunt deprehendi (cfr. artic.). Huc praeterea refero suffixum illud tertiae personae singularis fem. hâ (hâ, âh), quod in omnibus dialectis semiticis reperitur. Neque enim a pronomine personali ejusdem generis et personae, me quidem iudice, deduci potest, quum id leges linguae constantes vetent². Atque eo potius ad hâ demonstrativum id revocandum esse puto, quippe quod, quamvis ad hava stirpem a me referatur,

¹) Cfr. Bernstein, *Lex. Chr. Kirsch.* p. 118 sq.; Levy, *Chald. Wörterb.* p. 191 sq.; Nöldeke, *Neusyr. Gr.* p. 76. cett.

²) Nam quo modo hâ a j^ee vel hî^o cett. derivari possit, non video.

vix tamen aliunde profectum sit, nisi ab illo tâ (tava), cui potestas demonstrativi cum generalis tum feminini subiecta est. A stirpe vero hva derivata duco masculina arabicum huva et quae in aliis dialectis ei respondent (v^oe, hû^o, hû — vide supra). Quorum feminina quamquam e suo quodque masculino genita facile possunt putari (velut in lingua arabica fem. hija e masc. huva¹), ea tamen paulo secus comparata esse mihi videntur. Nam, ut levissimum primum afferam argumentum contrarium, non in omnibus saltem dialectis femininum ex masculino, quod etiam nunc exstat, ortum cepisse, testatur Aethiopum lingua, ubi masc. v^oe in j^oe neque ob irrepentem *i* sonum² neque alia de causa mutatur³. Deinde ex eo, quod omnes Semitae masculino pronominis personalis tertiae pers. sonum *u* (*v*) tribuerunt, feminino vero *i* (*j*), jure concludere nobis videtur, eis communem fuisse formam non tantum masculini generis, verum etiam feminini. Sed quoniam communis masculini forma, ut antea (p. 49) indicavimus, hva (hua) putari debet, pro communi feminino hja (hia⁴) ponendum est, e quo Arabes hija, Aethiopes ᵀᵀᵀᵀᵀ, ᵀᵀᵀᵀᵀ, j^oe, Hebraei et Chaldaei, hiᵀᵀᵀᵀ, hiᵀᵀ, hîᵀᵀ, Syri hî procrearint. Sed hja quamquam ex hva masculino existitisse facile concedam, id tamen nec nota quadam feminini *i* assumpta neque ad hoc significandum factum esse existimo⁵. Equidem potius formas hva et hja eodem modo quo tva (tû), tja (tî), phonetice, ut dicunt, varia-

1) Lagus, Ar. Gr. p. 129 annot.

2) Vide Ewald, Ausf. Lehrb. p. 483.

3) Dillmann, l. c. p. 54.

4) Cfr. Ewald, l. c. pp. 274, 483.

5) Cfr. Ewald, l. c.

tas, promiscue primo, postea alteram ad masculinum, alteram ad femininum exprimendum adhibitas esse putaverim. Facit mecum praeter alia maximam partem composita pronomina inprimis aethiopicum h^eja, utpote quod vim non habeat feminini, sed generalis demonstrativi. Quae quum ita sint, non possumus, quin pronomina personalia tertiae personae ad tres simul vigentes stirpes hava, hva, hja revochemus, e quibus hva vim masculini paulatim sibi assumpserit, sed hava femininum prius usu receptum hâ, hja vero formas posteriores hija, j^eo cett. procrearint (cfr. apud Arabes feminina tava, tâ et tja, tî). Reliqua de pronomine personali tertiae pers. disputanda, quia ad quaestionem de pronomibus compositis referenda sunt, alio loco exponemus.

Venimus nunc ad ea pronomina, quae vel *k* purum vel inde emollitum \circ continent. Neque vero in his aliae insunt vocales atque in propaginis radicis ta. Habent enim, ut gravissima saltem afferamus exempla, Arabes kai *ut*, \circ ai (in aĵun *quis*), Aethiopes kû (in f^ekû *ille* cett.), kê *igitur, quaeso*; Hebraei kôh *ita, hic, nunc*, kâh (in kâ-kâh *ita, sic, \circ ê-kâh quomodo, ubi*), kî *ut, quod*, \circ ai, \circ ê *ubi*; Chaldaei kâ *hic, ibi*, kâh *nunc*, kî, kê (in dê-kî, dê-kê *hic*), \circ ê *ubi*; Syri kâ (in \circ ai-kâ *ubi, l^ekâ huc, adhuc* cett.), kai encl. *-nam, quaeso*, \circ ai (in \circ ai-kâ, \circ ai-nâ *quis* cett.). Videamus igitur, quo modo radix ka, quam eodem jure ac ta statuere possumus, indeque ortae stirpes kava, kaja cett. et has et alias quasdam procrearint formas. Esse autem Arabum ka, in dâ-ka, hâdâ-ka apprens, e kâ decurtatum vel quasi attenuatum ideo putaverim, quod kâ, kâh (i. q. kâ), kôh apud Aramaeos et Hebraeos in usu sunt, praeterquam quod Arabes ipsi saepe hunc in modum vocales corripunt, ut ex bimâ, limâ, kamâ,

kaifâ cett. fiant bima, lima, kama (kam), kaifa cett. Similiter suffixum secundae pers. mascul. -ka (de quo fuisius alibi disputabo) proprie kâ sonasse arguere mihi videtur femininum ejusdem suffixi longa etiam nunc vocali instructum, idque eo magis, quod omnino correptio vocalis naturae pronominum convenit. Ad kâ praeterea non tantum particulam arabicam ka *ut, sicut*, quae secundum Fleischerum ¹ "ein stets als Prefix in status constructus erscheinendes Deutenomen" est (cfr. dût, dâ — Caussin de Perceval, Gram. arabe vulg. § 209), sed etiam hebraicam idem valentem k^e refero, nihil quum impediât, quominus ka e kâ, k^e vero e ka decurtatum sit². Etenim quod viri docti k^e a kēn deducunt³, ea, ni fallor, ratione ducti, quod alterum alteri respondet vel potius cum vi quadam iterat (cfr. suet. sâdan herre, sâdan dräng), ea quidem derivatio sententiae meae non obstat, siquidem etiam kākāh eandem ac kēn habet potestatem et aperte quidem in Eccl. XI, 5. Illud vero kâ ex stirpe kava profectum puto, quamquam alios aliter idem explicasse mihi notum est. Neque facere possum, quin hebr. kî *ut, quod* idem ac arab. kai *ut* proprie valere et per kê ex stirpe kai, primo kaja, ortum esse censeam. Ad eandem stirpem etiam pertinent: syr. kai encl. eique significatione proxime cognatum aeth. kê⁴, deinde kai vocum arab. kaifa et kaita, kê et kî demonstrativorum chald. dēkê et dekî, postremo forma emollita ʿai (ʿê), in omnibus dialectis obvia. Aethiopum

¹) Ergänzungsblätter etc. p. 117.

²) Cfr. hebr. kâ-mô, kâ-kāh.

³) Gesenii Thes, p. 650; Merx, Gr. Syr. p. 161, cett.

⁴) Hoc Ewaldus (l. c. p. 273, annot.) et Dillmannus (lex aeth.) a 𐩈 derivant.



vero kû duplici modo derivare licet, aut a kva (kua) aut a kav (kau). Suffixum denique kî, ki (de quo alio loco plura) e kja (kia) mea sententia ortum est (cfr. conspectum in fine libelli).

Sequuntur jam formae pronominales *p* soni, quas per-raras esse supra monui. Ex his inprimis observanda est hebr. pōh *hîc, hoc loco*, quam etiam pō et pō̄ scribunt; nam ea et simplex reperitur et cum aliis particulis composita, velut in mipōh *hinc*, ʔê-pōh *ubi, quomodo*, i. q. aeth. ʔe-fō, arab. kai-fa, cujus fa quin primitus fâ fuerit, non est quod dubitemus. Comparatis vero pronominibus, ad quorum similitudinem pōh, fâ proxime accedat, radicem stirpemque ejus fuisse pa et pava arbitror. Num vero Arabum conjunctio copulativa et consecutiva fa huc revocanda sit, vix liquet; obscuriora etiam cum copul. va, v^e tum syr. ʔāp, chald. et hebr. ʔap *etiam, quoque* sunt. Dicam tamen, qua mihi via hae particulae earumque notiones exstitisse videantur. Illud igitur pâ, fâ (*hîc, ita*), quantum equidem judico, primo ab antecedente ad consequens in oratione monstravit (*ita quidem, item, ita ut*), tum vero, assumpta leviori forma fa, va, paulatim in conjunctionem consecutivam et copulativam (*itaque, etiam, atque, et, ut*) transiit. E composito hâ-pâ (*hoc eodem modo, similiter huic*) voculas hâp, ʔāp, ʔap *etiam, quoque* ortas autumo.

Cum *p* sono proxima affinitate supra ostendimus *m* conjunctum esse. Sed quoniam in pronominibus prorsus desunt exempla hujusce vinculi, in stirpibus eorum mutuum istarum litteratum usum, quo altera pro altera usurpetur, contendere non audemus. Id tantummodo sumere licet, ex pa variatam esse radicem pronominum *m* soni. Quae si

intuemur, eadem non usitatas solum ceterorum vocales *â* (arab., syr., chald. mâ *quid*), *î* (hebr. mî *quis*, aeth. mî *quid*), *û*, *ô* (syr. mû-n, mô-n *quid*), sed spiritum quoque quendam continere invenimus. Habent enim Arabes pro mâ interdum mah¹, pro mâ-mâ vero semper mahmâ *omne id quod, quicquid* atque Hebraei mah, quod consonae sequentis efficit geminationem (e. g. mah-šô>t lege mašô>t). Quem spiritum, quamquam sui juris esse nec indoli stirpis parentem cel. Ewaldus existimat², eum tamen primitivum³ stirpique inhaerentem meo jure ducere videor. Neque enim in ceteris orationis partibus vocabula desiderantur, quae, semivocalem et *h* promiscue exhibentia, pronomini, quod quaerimus, non tantum, ut superioribus, illum sonum, sed hunc etiam inesse probent. Veluti e radice rara iteratione primae vocalis oritur rāra, rahara, syr. r^ehet, ch. r^ehar transituque spiritus in ravara, ravaza aeth. rauza, rôza, amhar. rôra, hebr. rāvaz, rāz, infin. rûz *currere*. Cfr. stirpes nahara, navara, najara (arab. anjaru id. fere q. anvaru) cett. Radicem igitur ma in stirpes ma^a, maha, mava, maja transeuntem nobis cogitare licet. Ex his certe quasi fontibus singula *m* soni pronomina (simplicia) derivari possunt. Ipsam vero viam demonstrare, qua e sua quodque stirpe emanarit pronomen, difficillimum sane est negotium, admittentibus vocalibus longis non unum, sed plura principia. Conabor tamen, quae in his pronominebus cogitari possint longarum vocalium sonique *h* diversa primordia, tabulâ sequenti indicare:

1) Mufazzal, pp. 59, 152, alib.

2) Putat enim *h* e primitiva quadam neutrius generis terminatione *t* attenuatum esse (Ausf. Lehrb. p. 443).

3) Cfr. Olshausen, Lehrb. p. 185, al.

ma ^a a	{	maha,	mah ¹ ,	māh ² ,	mô ³ .	
		—	ma ^a ,	mâ ⁴ .		
	{	mava	—	mâ ⁵ ,	mô ³ .	
			mav,	mô ^{3,4} .		
	{	maja	maj,	mê,	mî ⁷ .	
			mja,	mî ⁷ .		

Ex ma^aa igitur vel maha arab. et hebr. mah ortum videtur, neque aram. mâ, hebr. et chald. māh ab eadem origine aliena se praebent. Arabum contra mâ contractum puto e mava idemque principium hebraici mô, quippe quod stirpem *v* soni arguere videatur. Syrorum vero mû cum mô commutatum in varia dialectorum consuetudine positum censeo. Etenim quum, ut exemplum afferam, commune Semitis jaum a Syris occidentalibus in j^evam, jûm, ab orientalibus in jôm mutetur⁸, fieri quoque potuit, ut stirps mav apud Syros, qui proprie appellantur, quamvis e lege in m^eva, mû, nonnumquam tamen more dialecti orientalis in mô transierit. Est tamen vocalium syr. *û* et *ô* inter se ratio tam obscura⁹, nihil ut in hac re contendere ausim pro certo. Quod denique ad hebr. mî attinet, Ewaldus idem cum linguae arab. hodiernae mîn comparans e voce hunc sonum reddente proxime decurtatum existimat¹⁰. Doctori amplissimo assentiens, istud tamen antiquum Hebraeorum mîn e mân transformatum minime crediderim. Fac enim neo-arab. mîn (litteris مین expres-

1) Arab. et Hebr. 2) Hebr. et Chald. 3) Hebr. 4) Aram. 5) Arab., Hebr. (māh = mâ), Aram. 6) Syr. 7) Aeth. et Hebr.

8) Merx, l. c. pp. 42, 50.

9) Cfr. Nöldeke, l. c. p. 10.

10) Ausf. Lehrb. pp. 479, 480 annot.

sum) modo proposito procreatum esse, quod nescio an primâle quadam fieri potuerit¹, causam tamen probabilem, cur hebr. mân in mîn abierit, leges hujus linguae exquirere vix reperies. Itaque primam partem hebr. mîn equidem revocandam puto non ad mâ, sed ad eandem ac aeth. mî notionem originemque, quam utrum maj an mja habeamus, parum interest².


Postremo voces pronominales, *n* et *l* sonos continentes, leviter attingam. Quorum quidem permutationibus supra expositis, *na* et *la* species *ma* radice variatas animo fingere licet. Neque causa est, cur ex his emanantes stirpes e natura ceterarum abhorreere putemus. Etenim tali opinioni adversantur formae pronominales, quae sequuntur: arab. hu-nâ *hîc*, *hoc loco*, ʔa-nâ *quocunque*, *ubi*, *quo modo* (pro ʔa-nâj sicut ʔalâ pro ʔalaj), syr. hâka-nâ (chald. hêk^e-nâ) *sic*, *ita*, hâ-nâ *hic*, *hicce*, aeth. nî *etiam*, *quoque*, nû -*ne*, *an*, *num*, nê *versus*, nâ *ecce* (nâhû *ecce eum*, naj-â vel nav-â *ecce eam*, naj-ômû *ecce eos* cett.), hebr. nâ *age*, *quaeso*; aeth. na^ea id.; arab. lâ (hebr. lō, aram. lâ) *non*, lau (hebr. lû) *utinam*, *si*, laita *utinam*, ʔû-lâ (hebr. ʔê-lêh); hebr. ʔû-lai *fortasse*, lû-lê *nisi* (vide conspectum). Quarum vocularum haud paucae, eaque prae ceteris, quae in particulas abierunt, quamquam nec notione primaria nec formatione satis perspicuae sunt, aperte tamen quasi incunabula quaedam stirpes nava, naj, lava, laja vel integras vel correptas prae se ferunt. Veluti stirpem naj in arab. (ʔa)nâ, aeth. naj(â), naj(ômû) quaerere licet; nava vel nav in aeth. nâ, nav(â); naj vel nja in aeth. nê, nî; nav aut nva in aeth. nû; nava

1) Cfr. Mufazzal, p. 158 sqq.; De Sacy, l. c. I, p. 40.

2) Cfr. Dillmann, l. c. p. 65; Ewald, l. c. p. 117.

in arab. (hu)nâ, syr. (hā)nâ, (ʿai)nâ cett.; naʿa in hebr. nâ, aeth. naʿa; lai in arab. lai(ta), (ʿû)lâ, hebr. (ʿû)lai, (lû)lê; lav in arab. lau, hebr. lû; lava in arab. lâ, hebr. lōʿ, lôʿ, lô, aram. lâ. Sed jam manum de tabula, ut dicitur. Nam reliqua, quae in hoc genere investigavi, optimum habebunt locum in expositione, quam meditor, pronominum compositorum, quippe quae sola, exclusis prorsus simplicibus, *m* et *n* sonos sibi vindicent.

Eis vero, quae hucusque exposui, satis me demonstrasse spero, vocum demonstratarum formas principales re vera cum enuntiativarum prorsus congruere, nisi quod ob magis idealem, ut ita dicam, significationem sono quoque leviores sunt et breviores. Et harum quidem radices unâ tantummodo, illarum contra duabus conficiuntur syllabis. Hinc deinde ea pendet dissimilitudo, per se haud gravis, quod in stirpibus (principalibus) formandis verbum nomenque tribus, pronomina duabus utuntur syllabis. In qua eadem radicum pronominalium brevitate causa quaerenda est, cur stirpes formasque procrearint pauciores quam voces enuntiativae. Veluti ex radice qata stirpes principales qataʿa, qatava, qataja; qaʿata, qavata, qajata; qatata ortae sunt, quum ta non generarit nisi taʿa, tava, taja. Idem igitur in linguis ac in rerum natura evenisse vidimus. E duabus enim arboribus, quae ad eandem speciem pertinent, altera e robustiore enata radice ramos emittit altos, folia floresque uberrima, altera ex debiliore orta illius nec proceritatem nec copiam assequitur.



Conspicuum pronominum in hoc libello descriptorum.

Radices.	Stirpes.	Arab.	Aeth.	Hebr.	Chald.	Syr.
I ta	(ta·a) tava tav tva (taja) taj	tá, dá (dav-u=) dū dū, (·aīa)-dū dai-(ta) (·i)-dā tī, dī (·aīa)-dī há, há-(dá) há suff. huva h u suff. (him. 𐤆𐤃, 𐤆)	fā, fa (fēn)-tū, (v·e·e)-tū fē (fā)-tī, (j·e·e)-tī fēja, amh. ja há suff. v·e·e-(tū) hū suff. hū interr. j·e·e-(tī) hēja	} fō·(t), fōh, fō fū feh (·a)-fai } há-(l), há, há hā, āh suff. hū· hū suff.	dā, mand. 𐤁𐤌 dē-(k), dē-(n), dī-(n) dī, dē (·ā)-daji(n) há há, āh suff. hū·, (assy. sū v. su) hī·, (assy. sí v. sí)	(hā)-dā dē há āh suff. hū

II ka	(ka·a) kava kav kva kaj kja	(dā)-ka ka suff. ka sim. kai kai-(ta) kai-(fa) ·aj-(un) ki (neo-ar. ki) suff.	ka suff. ka(ma) } (f·e)-kū kē ·e-(fō) ·aj·e ki suff.	kōh, kāh kā suff. kē (kā) sim. kī ·e-(pōh) ·ai, ·ē (aik), (ék), êk, ík suff.	kā kā suff. kē sim. (dē)-kē, (dē)-kī ·e-(kā) (aik), êk, ík suff.	kā āk suff. kē(mā) kai ·ai-(kā)
III pa	pa·a pava	(kai)-fa fa, va	(·e)-fō va	} (·e)-pōh, pōh, pō (·a)-p, v·e	(·ā)-p, v·e	(·ā)-p, v·e
III ma	ma·a mava mav mva maj mja	māh mā	(ka)-ma } mī	māh } māh m'ō	mā, māh	mā } mō-(n), } mū-(n)

Radices.	Stirpes.	Arab.	Aeth.	Hebr.	Chald.	Syr.
III b na	na ^a nava nav nva naj nja	(hu)-nâ (^a a)-nâ	na ^a nâ nav-(â) nû naj-(â) nê, nî	} nâ (hi)-nêh		(hâ)-nâ, (^a ai)-nâ
III cla	lava lav lva laj	lâ lau lai-(ta) ^û -lâ		} lô, lô ^o , lô lû (^û û)-lai (^e ê)-lêh (lû)-lê	lâ } le ^v a-(î), (^o i)-lû	lâ le ^v a-(î), (^e e)-lû

Litteras semiticas, grammaticam Lagi secutus, in hac disquisitione
ita reddidi:

arab.	hebr. et ch.	signo	arab.	hebr. et ch.	signo
ا	א	a	خ	ח	h
آ	אָ	ā	ד	ד	d
أ	אֲ	â	ז	ז	d
ا	אִ	a	ר	ר	r
إ	אִי	i	שׁ	שׁ	ſ
ى	אִי	î	שׂ	שׂ	s
و	אִי	u	ש׃	ש׃	š
و	אִי	û	ع	ע	s
	אִי	e	ف	פ	z
	אִי	ē	פ	פ	ž
	אִי	ê	צ	צ	t
	אִי	e	ץ	ץ	t
	אִי	ā	ע	ע	c
	אִי	o	ע	ע	g
	אִי	ō	ק	ק	q
	אִי	ô	ק	ק	k
	אִי	o	ל	ל	l
ב	ב	°	מ	מ	m
ב	ב	b	נ	נ	n
ב	ב	t	נ	נ	h
ב	ב	t	ו	ו	v
ב	ב	t	ו	ו	;
ב	ב	t	ו	ו	j
ב	ב	g	ו	ו	:
ב	ב	gg	ו	ו	:
ב	ב	h	ו	ו	:

In hac tabula alphabeta aethiopicum et syriacum non transcripsi,
nec in toto libello aspirationis litterarum *b, g, d, k, p, t* rationem habui.

Corrigenda:

P.	5	1.	30	lege	Compend.	Weimar	1861.
"	8	"	16	"	7.		
"	"	"	19	"	<i>tribuit.</i>		
"	"	"	29	"	55.		
"	11	"	17	"	adumbrandaë.		
"	13	"	12	"	šaliû.		
"	18	"	5	"	quaeritur.		
"	25	"	11	"	ha:ulâ>i.		
"	30	"	5	"	videsis.		
"	42	"	5	sq.	-lgada'u.		
"	43	"	16	"	k-ôn (k-ûn).		
"	51	"	28	"	پ		
"	52	"	27	"	وایجاز		
"	53	"	10	"	efficiat.		







D. Le 985

ULB Halle

3/1

000 874 175



56



